

BIBLIOTECA NAZIONALE
6
2 B
3
VITTORIO EMANUELE





INSTITUTIONES LINGUÆ GRÆCÆ,

Olim quidem ſcriptæ

à

NICOLAO CLENARDO,

Nunc autem ab erroribus multis expurgatæ, meliori ordine digeſtæ,

Atque ita locupletatæ, ut altera parte prodeant auctiores, ſtudiô atque operâ

GERARDI. O. VOSSII.

Editio noviſſima; multa acceſſione ab ultima Authoris manu locupletior reddita: indiceque duplici plurimis modis adaucta.







AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM.

cIↄ Iↄ c Lv.

TYPOGRAPHUS LECTORI



Studioſo Salutem.



Cce Tibi, quiſquis ades ſedulus Græcarum literarum indagator, novum hunc, de addiſcendis Græcæ linguæ Præceptis ſaniori emendatione repurgatum fœtum, quem poſt fatalem ſuum diſceſſum his in terris expoſitum ingenti cum fructu utendum poſt ſe relinquere voluit Vir, (ut cæteras ingenii ipſius divini dotes ſilentiô prætercam). ad miraculum uſque, dum adhuc in vivis eſſet, perdoctus, jam verò ἐν ἁγίοις æterno munere beatus, Gerh. Joh. Voſſius; Opuſculum, inquam, apprimè ſtudiorum tuorum promovendo commodo utile, & hâc ultimâ editione præprimis ſalutare,

multiſque in locis vivâ adhuc Authoris nominati manu correctiùs elaboratum, atque ut plurimùm auctius redditum, unà cum Indice utriuſque linguæ locupletiſſimo tibi tradimus; in quo facillimo jam labore, tam junioribus quàm ætate adultis ad manus, ſi qua fortaſſis deſiderantur adhuc memoriæ inſigenda, nomina ſeſe petita offerre poſſunt. Tuum erit, Amice Lector, hoc ſalutare ſtudium à Latinitate ſeparatum nullo modo ventis tradere, quamdiu etiam hâc vitali aurâ Pia Fata concedent poſſe frui: Cum verè omnium bonarum artium Parens extitiſſe præ cæteris Græcia audiat; cui & meritò maximam partem Latinitas noſtra acceptum referendum habet, quicquid indè eximium doctumque lectionis ὅλῳ (quod dicitur) τῷ θυλάκῳ in ſuum

ſumfructum derivatum hauſit imbibitque. Unicum illum Romanæ Eloquentiæ Phoſphorum, M. Tullium Ciceronem, tibi ob oculos ſiſtas precor; quando in aureo ſuo (qui inſcribitur de Officiis) libello, tam anxiis paterni amoris ſui affectibus M. Filium Athenis ſtudiorum causâ commorantem ad jucundam & valdè neceſſariam utiliſſimæ hujus linguæ doctrinam adhortatur, ἡδίςην ζυζυγίαν utrumque ſtudium appellando, ne vixiſſe poſtea audiat μεῖ' ἀμυσίας, ſed par futurus hoc nomine exiſteret in duplici linguarum facultate. Laudabilem ſanè Romani pectoris ſententiam! dignam omnium literatorum pectori firmiter ut infigatur, exiſtentem. Itaque hæc, ſtudioſe Amator, admonitus, in ſuccum & ſanguinem fac data præcepta vertas; tuoque

bono cum fructu hoc divinum studium memoriâ menteque haurias, imbibasque, sicque longam ætatem supremum Numen tibi det vivere; Vale, Valeto!

BENEVOLE LECTOR,

IAm annus est nonagesimus sextus, quod vir doctiss. NICOLAUS CLENARDUS, Diestensis, praecepta Grammatices Graecae in lucem dedit. Quo nomine, se non mediocriter ei debere, scholae profitentur. In qualemcunque tamen societatem hujus gloriae venit RUTGERUS RESCIUS, literarum Graecarum in trilingui Grudiorum collegio quondam Professor; cujus operâ in concinnandis istis usus Clenardus fuit. Vtinam verò, vel Clenardo postea otium, vel Rescio voluntas fuisset, magis magisque expoliendi illa, quae tanto cum applausu in gymnasia passim recipiebantur! Sed Clenardus, postquam haec juris publici fecisset; profectus est in Hispanias; ubi Literis imbuit fratrem Lusitaniae regis. Longeque jam alia mente agitans, noctes diesque sollicitudine eâ afficiebatur,

quo pacto infelices Muhammedani converti possent ad religionem Christianam. Hoc autem videbat effici non posse, nisi sacra Biblia in linguam Arabicam converterentur. Itaque ipse in Mauritaniam abiit, ac jam bonæ spei plenus totum se Arabicis literis dedit. Sed insidiis aliquanto pòst appetitus, redire in Hispanias cogitur; ubi à Mendozâ prorege benignè excipitur hospitio, atque anno CIↃ IↃ XLII; *vel circiter, vivendi finem facit. Hæc propterea à me commemorantur, ut, quicunque sanctum hoc viri propositum, ac longinquam ejus peregrinationem cogitabunt, mirentur minus, quòd editione istâ contentus, de aliis potiùs, quàm de linguæ Græcæ præceptis, laborandum sibi putarit. Interea, ob præclaram adeò voluntatem benè merendi, non de literis modò, sed etiam de Religione Christianâ, dignißimus profectò videtur, cui honoris illud habeatur, ut, quanquam alii posteà feliciùs eadem tractarint, non*

propter-

propterea tamen patiamur labores summi viri in contemtum, vel oblivionem, venire: sed potiùs, quæ benè ab eo dicta sunt, grato animo retineamus; quæ minus perspexit, castigemus; si qua supersint, resecemus; quæ desunt, suppleamus. Ea mens fuit Illustrium Hollandiæ ac West-Frisiæ Procerum, quando fecere decretum, ut eadem linguæ Græcæ præcepta in omnibus hujus provinciæ scholis obtinerent; inque novâ Grammatices editione adornandâ, (cujus mihi imposita fuit cura) quatenus publica illud utilitas permitteret, Clenardi præcipuè vestigiis insisteretur. Ex his satis intelligunt omnes, nec plagii, nec inertiæ esse, quod scriptorem eum penè totum exscripserim, nec infirmioris esse judicii, quod, cùm tot nobiles Grammatici extarent, (quos inter, judicio meo, longè supra alios eminent, Angelus Caninius, & Fridericus Sylburgius) iis tamen Clenardi præcepta atque exempla prætulerim, nec ferè re-

recesserim à verbis ejus, nisi vel perspicuitatis ratio ita exigeret, vel dies ipsa veriora nos ac meliora docuisset. De ordine tamen paullo mihi amplius permittendum putavi: nec id temerè, nisi me ratio fugit. Clenardo enim propositum illud erat, ut priùs in tirunculorum gratiam paradigmata cum facilioribus aliquot regulis afferret: hinc ea, quæ, utpote difficiliora, provectiores solùm spectarent, vel Annotationum, vel alio sub nomine, complecteretur. At illa nunc scholarum Bataviæ ratio est, ut non antè ad institutiones hasce admittatur puer, quàm è paradigmatum libellis seorsim excusis prima hauserit elementa. Quæ igitur res Clenardum impulit, minimè nos tangit: eoque omnino ex re discentium fuit, ut, quæ non temerè ille à propriis avulserat sedibus, ea non leviori de caussâ nos in propria ac nativa reduceremus loca. Fortasse autem primâ aliquem facie terrebit, quod tam luculenta Clenardo accessio facta sit. Verùm

rùm enimverò non usque adeò me oblectavit labor hic Grammaticus, ut cum certo graviorum meliorumque studiorum dispendio, ulterius eum producere liberet, quàm necesse erat. Sed videbam pleraque ita tradita esse, ut vel obscuritas, vel imperfectio, sæpius destitueret discentium spem. Adde quod non eo hæc animo chartis commisi, ut puer omnia ad verbum ediscere cogeretur: sed delectum eorum commisi magistris: qui facilè per se videbunt, quæ captui discentium conveniant, quæ non item. Et tamen ipse etiam, ut ex parte aliqua onus hoc docentibus levarem, plurima, quæ tuto prætereuntur, ad oram potiùs adjeci, vel typis discrevi: atque, ubi relatum est mihi, deficere minorum literarum formulas, quæ talia essent, vel hujusmodi uncis [] inclusi, vel lineâ ad latus oppositâ ab aliis distinxi. Cætera doctoribus commisi: minime ignarus, illam esse Bataviæ felicitatem, ut non parum ea jactare nunc se possit

aliquot

aliquot ſcholarum moderatoribus: quippe ejus planè ingenii atque eruditionis, ut ad majora longè nati eſſe videantur: nedum in ejuſcemodi minutiis monitore quoquam indigeant. Vale. Lugduni Bat. Anno CIƆ IƆC XXXII. *Kal. Maji.*

GER. JOH. VOSSIUS.

GRÆCORUM LITERÆ [a] sunt viginti quatuor [b]: in quibus considerantur hæc tria:

a Græcè στοιχεῖα, id est, elementa, sive γράμματα.

b Sexdecim literas Cadmus è Phœnicia attulit;

Figura,	*Nomen*,		*& Potestas* [c].
Α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Beta	b

A *Figura*,

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. His Palamedes bello Trojano adjecit quatuor; nempe unam duplicem Ξ· ne necesse haberent scribere γσ, vel κσ· item tres adspiratas, Θ, Φ, Χ· ne opus esset scribere, ut Iones antiqui solent, Τ Η, Π Η, Κ Η. Quanquam alii duas ex iis Epicharmo tribuere malint, Θ & Χ. Quatuor istis Simonides addidit quatuor alias; nempe duas vocales longas Η & Ω· ac totidem consonas duplices, Ζ & Ψ. Priores quidem duas ad quantitatem distinguendam; quod non aliter fieri potuit, quam vel geminando vocales hoc pacto Ε Ε, Ο Ο· vel figurâ novâ, quæ tantundem valeret. Ζ autem, & Ψ, ut compendium essent harum literarum Δ Σ, & Π Σ, vel Β Σ. Nec illud consideratione indignum, quatuor esse literas, Ζ, Θ, Υ, Φ, quas nesciant Romani, nisi in vocibus, quas à Græcis, vel aliunde, acceperint: uti sunt *Zephyrus*, *thesaurus*, *hymnus*, *propheta*. Quinctam etiam addunt Χ· unde *carus* malunt, quàm *charus*. Veteres tamen etiam *pulchrum* scripsere; ac plerique *sepulchrum*, & *Orchus*: ut de tribus hisce auctor est Servius in III Georg. Sed ἀναλογία *sepulcrum* requirit; ut *simulacrum*, *lavacrum*: & alia à supinis venientia. *c* Certant hodie de rectâ pronuntiatione trium literarum, β, η, & υ· ex quibus β vulgò pronuntiant ut digamma Æolicum, sive V consonum: η, & υ, ut ι. Vulgaremque earum pronuntiationem, & ceterarum, in quibus itidem peccatur, inter ceteros propugnat Achilles Statius, observationum difficilium cap. XXIII & XXIV. Sed β valet B Romanum; E. g. Græcum βίνει sonat, ut Romanum *bini*: quemadmodum Cicero testatur lib. IX, epistolâ 22 ad Pætum, cujus initium, *Amo verecundiam*. Η valere *ē* longum, auctores sunt Terentianus Maurus, & Ausonius. Cratinus etiam apud Ælium Dionysium ait, fatuum quendam procedere instar ovis, quæ dicat βῆ, βῆ. At oves non sonant *bi*, vel *vi*. Υ quidem non effertur, ut *u* Romanum, quod propiùs accedit ad Ο Υ: sed tamen minùs ab eo abit, quàm ab *i*. Nam & res clamat, & veteres Grammatici consentiunt, Romanos pro eo *u* usurpare. Unde liquet mediam obtinere naturam, ac valere *u* Gallicum. Quæ pluribus non persequar, cùm abundè hæc singula evincant illi, qui de rectâ linguæ Græcæ pronuntiatione scripserunt.

Figura,	*Nomen,*	*&*	*Poteſtas.*
Γ γ ϝ	Γάμμα	Gamma	g[a]
Δ δ ∂	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Ἐψιλόν	E pſilón	e tenue,ſeu breve.
Ζ ζ ζ	Ζῆτα	Zeta	z
Η η	Ἦτα	Eta	e longum.
Θ ϑ θ	Θῆτα	Theta	th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i vocale.
Κ κ	Κάππα	Cappa	c
Λ λ	Λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ὀμικρὸν	O micròn	o parvũ,ſeu breve.
Π π ϖ	Πῖ	Pi	p
Ρ ϱ ρ	Ῥῶ	Rho	r
Σ σ ς ς[b]	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ	Ταῦ	Tau	t
Υ υ	Ὑψιλὸν	Y pſilòn	y u Gallicum.
Φ φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	Ὠμέγα	O mega	o magnum, ſeu long.

Vocales[c]:
- Breves[d], ε, ο.
- Longæ[e], η, ω.
- Ancipites[f], α, ι, υ quæ ita dicuntur, quòd in quibuſdam ſyllabis ſint breves, in quibuſdam longæ, in quibuſdam nunc breves, nunc longæ.[g]

Ut,

a Sed ante γ, κ, ξ, aut χ, ſonat ut *n* fractum: ut ἄγγελος angelos, *nuntius*; πέφαγκα pephanca, *apparui*; λύγξ lynx, *ſingultus*, *vel lynx fera*; ἔγχος enchos, *haſta*. In quibus medius eſt ſonus inter γ, & ν. Apertum hoc in vulgato Francorum nomine, qui Græcis Φράγκοι. b Sed in fine vocis, ς, ac juxta veteres codices, etiam in medio, ſi prior compoſiti vox in hanc literam deſinat: ut, εἰςφέρω, *infero*. c Græcis φωνήεντα, puta γράμματα. d βραχέα. e μακρά. f κοινὰ, vel δίχρονα. g Vulgò ſeptem ſtatuimus vocales; reverâ autem vel decem ſunt, vel quinque ſolùm.

Nam,

Ut, α ſemper breve in ἄγω, *duco*: longum ſemper in λαὸς, *populus*: modò breve, modò longum, in ἀὴρ, *aër*, vel καλὸς, *pulcher*. De quibus pleniùs in Proſodia.

Nam, ut rectè argumentatur Sextus Empiricus, ſi ε diverſa eſt litera ab η, & ο eſt alia, quàm ω· etiam α, ι, υ, cùm breves ſunt, diverſæ fuerint literæ ab α, ι, υ, longis. Sin quantitas diverſa non efficit literam diverſam; nec ε, & ο, diverſæ erunt ab η & ω. Et ſanè pro quinario numero etiam Latini ſunt, qui, non habitâ ratione diſparis quantitatis, quinque ſolùm conſtituunt vocales.

Ex vocalium conjunctione fiunt Diphthongi: quæ vel propriæ ſunt, vel impropriæ.[a]

Propriæ[b], in quibus clarè exauditur ſonus utriuſque vocalis: ut αι, αυ, ει, ευ, οι, ου[c].

Impropriæ[d], in quibus ſonus ſubjunctivæ obſcurior eſt: ut[e] ᾳ, ῃ, ῳ, [f] ηυ, υι, ωυ[g].

Hinc petitur diviſio

Vocalium in
- Præpoſitivas,[h] α, ε, η, ο, ω. Quibus ex eo nomen, quod in diphthongis præponantur.
- Subjunctivas,[i] ι, υ. Quæ ita dictæ, quod ſubſequantur. In υι tamen υ etiam præpoſitiva eſt.

a Diphthongorum vera pronuntiatio facile colligitur ex iis, quæ antea de ſingularum literarum poteſtate diximus Ut tamen alios etiam Græcè loquentes intelligamus; ſcire opus, vulgò αι efferri, ut *e*; ει, οι, υι, & η, ut *i*; αυ, ut *af*; ευ & ηυ, ut *ef*; ωυ, ut *of*. *b* Dicuntur Græcis εὔφωνοι, id eſt, bene ſonantes. *c* Veteres Attici pro ου ſcribebant ο· ut λόγο, pro λόγου. Sic apud Athenæum in poculo inſcriptum, Διονύσο, pro Διονύσου. Idem docent Velius, & alii veterum. Uti contra Iones dixere, & ſcripſere Ου pro Ο· νοῦσος pro νόσος. *d* Græcis ἄφωνοι, & κακόφωνοι, id eſt, *non ſonantes, & malè ſonantes*. *e* Hodie ᾳ pronuntiatur, ut nuda vocalis: olim abſque dubio ſubjunctiva audiebatur, ſed obſcuriùs, quàm fit in αι. Idem de ῃ, & ῳ, judicium eſto. *f* Sunt, qui ſolas ᾳ, ῃ, ῳ improprias diphthongos cenſeant, quia ſolæ nudæ inſtar vocalis proferantur. Sed eos vulgaris pronuntiatio decepit. Quid quòd veteres Attici, antequam vocales longas recepiſſent, in dativo ſingulari pro ῃ, vel ῳ, ſcripſere ει, οι· Ut τεῖ τιμεῖ, pro τῇ τιμῇ· τοῖ λόγοι, pro τῷ λόγῳ. *g* Eſt ηυ, in ηὐχόμην ab εὔχομαι· ωυ in Ionico ὠυτὸς pro αὐτὸς· & ſunt alia id genus: eóque non ſequendus Chalcondylas, vel Laſcaris, qui haſce duas prætereunt. *h* προτακτικά. *i* ὑποτακτικά.

Faciunt verò subjunctivæ per se syllabam, quoties duobus in apice punctis notantur: παΐς, païs, *puer* vel *puella*, disyllabum: ἄϋπνος, aÿpnos, *insomnis*, trisyllabum. Ceterùm in tribus, α, η, ω, iota non ad latus affigitur, sed infrà subscribitur. Si tamen majuscula sit figura, ad latus adscribitur, hoc pacto: Αι, Ηι, Ωι.[a]

CONSONANTIUM[b] divisio.

Mutæ[c] { Tenues, π, κ, τ. / Mediæ, β, γ, δ. / Adspiratæ, φ, χ, θ. }

Duplices,[d] { ζ, quod ponitur pro δσ, unde Dores pro eo, trajectis literis, usurpant σδ.[e] / ξ, pro κσ, γσ, χσ. / ψ, pro πσ, βσ, φσ.[f] }

Liquidæ[g] sive immutabiles[h] quatuor, λ, μ, ν, ρ.

Semi-

a Apollonius hoc lib. 3 συντάξ. συγγραφομένου τοῦ ι, & συνόντος τοῦ ι vocat.
b Quæ Græcis itidem σύμφωνα.
c Græcis ἄφωνα, ut semivocales ἡμίφωνα. Mutæ tenues ψιλαί· mediæ μέσα· adspiratæ, sive densæ, δασέα. Ex hisce cognatæ sunt π, β, φ· item κ, γ, χ· itidem τ, δ, θ. Quæ cognatio, sive affinitas, attendi debet in vocum inflexione, atque origine. Nam cognatæ facilè commutantur. Media enim si exiliùs efferatur, fit tenuis: sin crassiùs proferatur, fit densa, sive adspirata. Etsi autem novem numerent mutas, reverâ tantùm sunt sex. Sed tenues, si adspirentur, & figuram mutant, & nomen.
d Græcis διπλᾶ. At verò duplices propriè non sunt literæ, sed literarum compendia. Nam, ut rectè argumentatur Sextus Empiricus, si elementum est, quod non constat ex aliquibus: quæ duplex vocatur, non erit elementum, quia constat ex aliquibus. Ne tamen jugulare videamur tot seculis re- conciliare sic ea possumus, ut duplicia quidem dicantur γράμματα, at non στοιχεῖα. Nempe ut latiùs pateat γράμμα, quam στοιχεῖον.
e Ut φράσδω pro φράζω. Quæritur autem, num φράζω pronuntiari debeat, ut φρα-δσω, an verò ut φρά-σδω: Sed ζ valere σδ, legas apud Sextum Empiricum quoque adversus Grammaticos cap. v. Interdum autem in vocis etiam initio σδ pro ζ reperias. Quomodo Dores, & Æoles dixere σδυγὸς pro ζυγός. Et in Goltzii nummo est, ΣΔΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΣ.
f De χσ, & φσ, potuerant præterire Grammatici, cùm desit exemplum.
g Græcis ὑγρά.
h Græcis ἀμετάβολα.

Semivocalis σ, nec liquida eſt, nec duplex; ſed ſui plane juris.[a]

De Accentu, Spiritu, & Apoſtropho.

Accentus[b] ſunt tres,
- Acutus (´) Θεός, Theós, *Deus*: λόγος, lógos, *ſermo*: τύπτομεν, typtomen, *verberamus*.
- Gravis (`) τιμὴ, timè, *honor*.
- Circumflexus (῀) ποιῶ, poiô, *facio*: βοᾶτε, boâte, *clamatis*.

Acutus, & circumflexus, attollunt ſyllabam, quam afficiunt; gravis deprimit.

Spiritus duo; [c] Aſper, ſive denſus (ʽ) ἅμα, hama, *ſimul*. Lenis, ſive tenuis (ʼ) ἐγὼ, egò, *ego*. Semper autem vocalis, aut diphthongus, initio dictionis alterum poſſidet è ſpiritibus.[d]

Conſonans ρ principio quidem adſpiratur[e], ῥώμη, rhome, *robur*: in medio verò ſi geminetur, priore loco levigatur; poſteriore adſpiratur, πόῤῥω, porrho, *longè*.

Apoſtrophos[f] nota eſt rejectæ vocalis, α, ε, ι, ο

a Unde à Græcis ἄσημον & μοναδικὸν appellatur, quaſi ignobile, ac nullâ inſignitum notâ; & ſolitarium; vel, μονῆρες, quaſi ſingulare quid.

b Græcè τόνος ὁ ὀξὺς, ὁ βαρὺς, καὶ ὁ περισπώμενος. Ex quibus acutus locum habet in tribus ultimis ſedibus. Circumflexus in duabus ultimis. Gravis in omni ſyllaba, quæ non notatur accentu; ſed in ſola ultima ſcribitur. Quæ ὀξεῖαν, ſive acutum, habent in fine, dicuntur ὀξύτονα· quæ ἐν τῇ παρεδρευούσῃ, ut vocat Apollonius, hoc eſt, in penultima, ea vocantur παροξύτονα· quæ in antepenultima, προπαροξύτονα. Quæ circumflexum in ultima, περισπώμενα· quæ in penultima, προπερισπώμενα. Quæ non habent in ultima acutum, aut circumflexum, βαρύτονα· quia ubicunque non annotatur accentus primarius, ſive acutus, aut circumflexus, ibi gravis intelligitur. *c* Græcis δασὺ, & ψιλὸν πνεῦμα. Veteres autem ſic tenuem ˧ pingunt, ſic denſum ˫. In majuſculis verò literis non ſolet ſpiritus adſcribi. *d* Ac υ quidem ſemper habet denſum. *e* Sive ſic malis, *aſperatur*; ut loquitur Capella. Et id Græcis δασύνεσθαι. *f* Ἀπόστροφος, apoſtrophus, *averſio*. Rejiciuntur eâ duæ vocales breves, ι, & ο.

duæ

ι, ο· aut diphthongi, αι, οι· quod fit ob sequentem vocalem: quæ si adspiretur, migrat præcedens tenuis in adspiratam: πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*, πάντ' ἔλεγον, pantelegon (prolatio enim est in morem unicæ dictionis): ἀπὸ οὗ, *à quo*, ἀφ' οὗ· κατὰ οὗ, *contra quem*, καθ' οὗ· νύκτα ὅλην, *noctem totam*, νύχθ' ὅλην.[a]

duæ item ancipites, α, & ι, sed solùm, quando corripiuntur: duæ præterea diphthongi αι, & οι· cujus caussa est, quòd extremo loco censeantur breves in ratione accentuum. Nec vocales hæ, ac diphthongi semper ob sequentem vocalem rejiciuntur, sed si ita usus ferat: ut omnino eâ in re judicio sit opus. Quandoque etiam vocalis rejicitur, sequente consonâ. Nam ut in compositione dicitur κάτθεο pro κατάθεο, *depone*: ita & extra compositionem παρ' θεῷ, *apud Deum*. Interdum & initialis tollitur vocalis: ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ, *ô bone*. Sic Iliad. λ. ψ. 607. τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ, pro τῷ ἐμῷ. Sed κρᾶσιν hoc appellat Apollonius l. II. περὶ συντάξ. sect. XIV.

a Quæ si dividi debent, sic divides νύχ-θ' ὅλην. Unde de ceteris conjectura. Sic Gretserus. Malim ego νύ-χθ' ὅλην. Nam dicimus νύ-κτα.

PARTES ORATIONIS sunt Octo:[b]

Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium[c], Conjunctio, Præpositio.

CASUS quinque: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus[d]. siquidem Ablativo Græci carent[e].

NUMERI tres: Singularis, Dualis, Pluralis[f].

Utimur duali, cum de duobus est sermo: præ-

b Græcis ἄρθρον, ὄνομα, ἀντωνυμία, ῥῆμα, μετοχὴ, ἐπίρρημα, σύνδεσμος, πρόθεσις. Quarum partium quinque priores declinabiles, tres postremæ indeclinabiles. c Adverbio Græci subjecere Interjectionem, quam Romani ab ea separârunt, idque sapientius. Interjectiones enim non possunt verbis cohærere: ut rectè à Servio traditum est. Adverbia autem plurimùm cohærent verbis, semperque iis jungi possunt: unde & *Adverbia* dicuntur. d Gr. Πτώσεις εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητική. e Nec tamen carent vi Ablativi, sed utuntur ejus loco Dativo, quandoque etiam Genitivo. f Gr. ἀριθμοὶ ἑνικὸς, δυϊκὸς, πληθυντικός.

præsertim si res geminæ sint: ut, τω ὀφθαλμω βλέπετον, *duo oculi vident*. Plurali autem utimur, cum res explicantur plures duabus: ut, ὀφθαλμοὶ βλέπουσι, *oculi vident*. Sed etsi duale non soleat poni pro plurali: plurale tamen sæpe usurpatur pro duali. Imo interdum & substantivum in uno, adjectivum in altero numero ponitur: qua de re in Syntaxi agetur.

In duali est vox eadem Nominativi, Accusativi, & Vocativi: itidem Genitivi, & Dativi. Sic in Plurali semper similes sunt Nominativus & Vocativus.

Profertur autem aliquid, vel lingua communi; quâ qui utitur, certi loci indigena agnosci nequit: vel dialecto quâpiam, sive linguæ pro gentis diversitate differentiâ. Quales præcipuè sunt, Attica, Ionica, Dorica, & Æolica [a].

a Græcè διάλεκτοι, Ἀττική, Ἰωνική, Δωρική, καὶ Αἰολική. Cæterùm ex Strabone initio libri octavi cognoscimus, quatuor esse Dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, & Æolicam. Quibus vulgò accensent communem, sed perperam, cùm ei accidant Dialecti. Ionicâ usi Herodotus, & Hippocrates: Doricâ Theocritus, & Pindarus: Atticâ, Aristophanes, & Demosthenes: Æolicam videre est in reliquiis Sapphûs, & Alcæi; quem Æolicè scripsisse Apollonius auctor est lib. III. cap. XXXI. Utinam verò monumenta eorum ad nos integra pervenissent. Nam vetus lingua Latina penè universa conflata est ex Æolica, ac Dorica: eóque multum ea res lucis adferret ad vocum Romanarum originem, ac proprietatem, melius intelligendam. Quòd si quam addere his Dialectum lubeat, ea esto poëtica: quando multa sibi Poëtæ permiserunt, quæ minimè in usu essent. Ex Strabonis loco memorato etiam discimus, duas esse ex his principes Dialectos, Atticam, & Doricam. Nam Attici sunt Iones, undè & nomen mari Ionio, quod inter Italiam, & Græciam. Et Dorica eadem ac Æolica, unde Pindarus, quem convenit Doricè scripsisse, ait, Ode I Olympiorum, se uti Αἰοληΐδι μολπῇ. Quanquam verò Doricam dialectum ἀσαφῆ vocet Malchus, sive Porphyrius in Pythagoræ vita: Jamblichus tamen in Pythagoræ vita c. XXXIV confert eam cum Ionica, eamque judicat omnium præstantissimam: atque hanc esse caussam, cur eam elegerint Pythagoras, & Epicharmus.

DE ARTICULO.

ARTICULUS est duplex: Præpositivus, & Postpositivus [a].

Præpositivum vocant, quòd nominibus præponatur. Inflectitur autem sic:

Mascul. Sing. Nominativus ὁ [b], Genit. τοῦ, Dat. τῷ, Acc. τόν.

Dual. Nomin. & Acc. τὼ, Genit. & Dat. τοῖν.

Plural. Nom. οἱ, Genit. τῶν, Dat. τοῖς, Acc. τοὺς.

Fœm. S. ἡ, τῆς, τῇ, τήν. D. τὰ, ταῖν. P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό. D. τὼ, τοῖν. P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Articulus hic, uti & subjunctivus, vocativum ignorat; pro quo in declinationibus utimur Adverbio vocandi, ὦ, ὁ.

Articulus subjunctivus est, ὃς, ἣ, ὃ, valens Relativum, *qui, quæ, quod.*

Masc. S. ὃς, οὗ, ᾧ, ὅν. D. ὥ, οἷν. P. οἵ, ὧν, οἷς, οὕς.

Fœm. S. ἥ, ἧς, ᾗ, ἥν. D. ἅ, αἷν. P. αἵ, ὧν, αἷς, ἅς.

Neut. S. ὅ, οὗ, ᾧ, ὅ. D. ὥ, οἷν. P. ἅ, ὧν, οἷς, ἅ.

Dativus ᾧ adspiratur: Adverbium autem vocandi ὦ lenem habet spiritum, nec iota subscriptum.

Præpositivi Articuli officium est rem certam significare: ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, *redde mihi librum*, nempe istum certum, de quo inter nos

a Græcè ἄρθρον προτακτικὸν, καὶ ὑποτακτικόν. Sed accuratiùs loquendo, unus solùm est articulus, nempe qui vulgò præpositivus vocatur. At qui postpositivus dicitur, est pronomen relativum: ut significatio ostendit.

b Hi duo articuli ὁ, ἡ, accentum in nominativo singulari & plurali non habent. Reliqui verò casus articulorum tam præpositivorum, quàm subjunctivorum, aliquo semper notantur tono: circumflexo quidem in genitivis, & dativis, cujusvis numeri: aliàs verò acuto; qui tamen semper ferè ob dictionis consequentiam mutatur in gravem.

nos constat: quanquam Attici, ornatûs gratiâ, nunc addant Articulum, nunc rursus auferant[a]. Habet præterea locum in divisionibus, adjunctâ Conjunctione μὲν, & δὲ· ut, ὁ μὲν, ὁ δὲ· *hic quidem, ille autem*: τὸν μὲν, τὸν δὲ· *hunc quidem, illum verò.*

Adhæc pro interrogativo sumitur in Genitivo, & Dativo: ut, τοῦ; pro, τίνος; *cujus?* τῷ; pro, τίνι; *cui?* Ponitur & pro Infinito: ut, εἴ τῳ, pro εἴ τινι, *si cui.* Sic Lucianus: Ἀγνοῶ, τῷ χρὴ πιστεῦσαι· *Nescio, cui oporteat credere.* Capitur & pro Demonstrativo Pronomine: τὸν, pro τοῦτον, *hunc*: τὴν, pro ταύτην, *hanc*. Id quod crebrum est, adjectis Conjunctionibus δε, & γε· ὅδε, ἥδε, τόδε· ὅγε, ἥγε, τόγε· pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. itidem in reliquis casibus: τοῦδε, τῷδε, τόνδε· pro τούτου, τούτῳ, τοῦτον. Attici pro ὅδε, & τόδε, dicunt ὁδὶ, & τοδί[b].

a Sic fortasse Atheniensis Apollodorus, bibliothecæ lib. III. Δία τῷ κύκνῳ συνελθεῖν· Jovem cum cygno congressum. Nam usitatius multò, Δία κύκνῳ συνελθεῖν.

b Sic τηδὶ in fœminino.

Subjunctivi Articuli componuntur cum nomine infinito τὶς, τινός. Masc. ὅστις[c], οὗτινος, ᾧτινι, ὅντινα. In genit.

τουδὶ, τηςδὶ, τουδί. In quibus putatur ι majorem habere demonstrandi vim, quasi sit à priori parte adverbii ἰδοὺ, *ecce*: quomodo & *hicce* videri possit à posteriori parte adverbii *ecce*; quasi sit, *hic ecce.* c Unde aliud compositum, οὖν addito, ὁστισοῦν, *quicunque*: ἡτισοῦν, *quæcunque*: ὁτιοῦν, *quodcunque.* Componitur etiam ὃς cum articulo præpositivo, sed tantummodo in genitivo & dativo, tum singulari, tum plurali: ὅτου, *cujus*; ὅτῳ, *cui*; ὅτων, *quorum*; ὅτοις, *quibus.* Sed additur quandoque οὖν, ὁτουοῦν, ὁτῳοῦν. Ἅττα, *quæ*, est neutrum plurale, ex ἅτινα, juxta nonnullos. Vel potius est Atticum pro ἄσσα, quod aliquibus placet esse ex ἃ & Megarensi σὰ pro τινά. Hic quoque οὖν juncto legitur ἅττ' οὖν, & ἅσσ' οὖν. Etiam ex subjunctivo articulo, & verbo ἐνὶ, *sunt*, conflatum ἔνιοι, *sunt qui*, *aliqui*: quod in plurali solo declinatur, ut nomina tertiæ declinationis. Etiam ab ὃς sunt duo relativa: ὅσος, *quantus*; & οἷος, *qualis.* Quorum interrogativa sunt πόσος, *quantus*, & ποῖος, *qualis*: responsiva autem τόσος, *tantus*; τοῖος, *talis.* Item τοσόσδε, τοιόσδε, & Atticè τοσουτοσὶ, τοιουσδί. A πόσος, & οἷος etiam sunt ὁπόσος, *quantus*; & ὁποῖος, *qualis*: unde ὁποσοσοῦν, *quantuscunque*; & ὁποιοσοῦν, qualiscunque. Quemadmodum autem relativa sunt οἷος, & ὅσος, interrogativa ποῖος, & πόσος;

ὅντινα. Fœm. ἥτις, ἥςινος. Neut. ὅ, τι, ὅτινος. Scribitur autem, ὅ, τι, per distinctiunculam [a], ut differat à conjunctione ὅτι, *quòd*. Additur & περ· ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, *qui*, *qua*, *quod*.

πόσος, responsiva τοῖος, & τόσος· ita & relativum est ἡλίκος, *quantus*; interrogativum πηλίκος, *quantus*; responsivum τηλίκος, *tantus*. Unde τηλικοῦτος, *tantus*. De quo etiam in Pronominibus dicemus. *a* Hypodiastolen vocant.

DE NOMINE:
ac primum de
DECLINATIONIBUS SIMPLICIBUS.

DECLINATIONES aliæ sunt nominum simplicium; aliæ contractorum [b].

Simplicium sunt quinque [c]: quarum priores quatuor *parisyllabæ* [d] dicuntur, quòd casus obliqui syllabas pares habeant recto.

Genitivus pluralis semper desinit in ων [e].

In primâ autem, & secundâ simplicium, circumflectitur in ultimâ.

Dativus singularis in declinationibus parisyllabis desinit in ᾳ, ῃ, vel ῳ, nempe cum ι subscripto [f].

Accusativus in ν cum vocali Nominativi, reservatâ ejus quantitate, & accentu.

Neutrorum tres casus similes: Nominativus, Accusativus, & Vocativus. Quæ in singulari numero varias habent terminationes: pluraliter autem semper exeunt in α, præterquam in Atticis quartæ parisyllabæ.

Attici

b ἁπλῶν κλίσεων, καὶ τῶν συνῃρημένων.

c Ex vulgari opinione; At reverà sunt tantùm tres: nam secunda sub prima, quarta sub tertia comprehenditur; ut in secunda isosyllaba dicemus.

d Gr. ἰσοσύλλαβοι, quibus opponuntur περιττοσύλλαβοι, *imparisyllabæ*. *e* Dualis in ιν, præcedente α, vel ο. *f* Videntur negligentiùs jam olim in dativis pro ᾳ, ῃ, & ῳ, quandoque præteriisse subjunctivam. Nam Sextus Empiricus adversus Grammaticos cap. IX negat sententiam quicquam detrimenti accipere, sive Dativum cum ι scribamus, sive absque eo.

Attici in omni declinatione Vocativum formant similem Nominativo [a].

[a] Vt apud Bionem, χαῖρε φίλ☉· & apud Sophoclem Ajace Flagell. ὦ φίλτατ᾽ Αἴας. Item Odyss. γ. ὦ φίλ☉. Quæ, & alia, exempla adducit Apollonius lib. 1. p. 51. Ac lib. III, monet, Macedones, & Thessalos, usurpare vocativum pro nominativo. Ita ὁ Θυέστα, Iliad. β. ϔ. 107.

PRIMA DECLINATIO.

PRIMA est Masculinorum [b] in ας· ὁ Αἰνείας [c], Æneas: vel in ης· ὁ Χρύσης, Chryses: ὁ λῃστής, latro: quorum Genitivus in ου, Dativus in ᾳ, vel ῃ, diphthongum impropriam, Accusativus in αν, vel ην, Vocativus in α, vel η, secundùm terminationem Nominativi. Dualia, & Pluralia, conveniunt cum articulo Fœminino, ablato τ.

S. { ας, / ης, } ου, { ᾳ, αν, α. / ῃ, ην, η. } D. α, αιν. P. αι, ῶν, αις, / ας, αι.

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.

Dual. τὼ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνεῖαι, τῶν Αἰνειῶν, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνεῖαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση [d].

ὁ λῃστής, τοῦ λῃστοῦ, & ita deinceps.

Geni-

[b] Ita recte Urbanus: non item communium in ας, quod ait Lascaris. Tamen & Priscianus in quinto ait, dici ὁ καὶ ἡ λῃστής. Sed λῃστής structurâ semper masculinum.

[c] Melius παράδειγμα statuas Αἰνίας, cùm alterum sit poëticum. At in prosa est Αἰνίας, ut in Actis IX. 33. Indéque Homero ipsi Αἰνειάδαι, ac Latinis quoque Æneada, secundâ correptâ. Αἰνέας verò dixere, ut Ἀνδρέας Matth. IV. 18. Similiter quoque id nomen scribitur Athenæo lib. VII, & Dioscoridi initio operis. Attamen Nonnus quoque metri caussâ Ἀνδρείας extulit:

Ἀνδρείας μερόπων ἁλιεὺς μετὰ πόντιον ἄγρην.
Andreas hominum piscator ad aquatilem prædam.

[d] Apud Menandrum tamen est ὦ Λάχης· de quo Apollonius lib. 1. συντάξ.

Genitivus nominum in ας Doricè exit in α, ut ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνεία. Quorum exemplo nonnulla & recepto more genitivum faciunt in α, præcipuè propria: ὁ Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ[a], ὁ Ἰούδας, τοῦ Ἰούδα. Sic appellativa: ὁ βοῤῥᾶς, boreas, τοῦ βοῤῥᾶ· ὁ πάππας, papa, vel pater, τοῦ πάππα. Quædam in communi lingua utramque obtinent terminationem: ut, Ἀρχύτας, Ἀρχύτου, vel Ἀρχύτα, Πυθαγόρας, Πυθαγόρου, vel Πυθαγόρα· & aliqua appellativa, ut *πατρᾳλοίας*, *patricida*, *μητρᾳλοίας*, *matricida*, *ὀρνιθοθήρας*, *auceps*, *γεννάδας*, *homo generosus*.

Vocativus Nominum in της exit in α[b] breve: τοξότης, *sagittarius*; ἱππηλάτης, *equitator*; προφήτης, *propheta*: ὦ τοξότα, ἱππηλάτα, προφῆτα[c]. Sic Gentilia, Σκύθης, ὦ Σκύθα[d], *Scytha*. & Poëtica in πης, κυνώπης, ὦ κυνῶπα, *impudens*. & composita ex Verbis *μετρῶ*, *metior*: *πωλῶ*, *vendo*: *τρίβω*, *tero*: *γεωμέτρης*, *geometra*: *βιβλιοπώλης*, *bibliopola*: *παιδοτρίβης*, *puerorum exercitator*: ὦ γεωμέτρα, &c. Sic λάγνης, *lascivus*, ὦ λάγνα. Sed quæ in στής desinunt, utramque terminationem habent: ut, λῃστής, *latro*, ὦ λῃστή, vel λῃστά. Sic πελταστής, *peltatus*, seu *cetratus*: ἀκοντιστής, *jaculator*: Ὀρέστης, *Orestes*: Θυέστης, *Thyestes*[e].

SE-

a Sic quandoque in propriis ς abjiciunt terminantia in ης: ut τρῆς, τοῦ τρῆ.

b Sed η retinent hæc propria, Αἰήτης, Αἰναέτης, Αἰναρίτης, Καλλιπίτης.

c Reservato accentu in eâdem syllabâ; excepto δεσπότης, dominus, ὦ δέσποτα.

d Sic Πέρσης, ὦ Πέρσα, cùm gentile est; Sed proprium viri retinet η. Hesiodus ἐν ἔργ. ỷ.297: Operare, ô Persa, divinum genus. Ἐργάζεο, Πέρση, δῖον γένος.

e Poëtæ hujusmodi vocativos in α usurpant pro nominativis, quod jam nobis suprà monitum. Latini non in istis tantum id faciunt, sed in iis etiam, quæ ab ας veniunt; ut, Sosia, Anchisa.

SECUNDA DECLINATIO[a].

SECUNDA Declinatio tantum est Fœmininorum: quæ desinunt vel in α, ut ἡ μοῦσα, *musa*: vel in η, ut ἡ τιμὴ, *honor*. Genitivus in ης, Dativus in ῃ diphthongum, Accusativus in αν, vel ην, Vocativus in α, vel η, juxta terminationem Nominativi. Dualia & Pluralia perinde se habent, atque in prima Declinatione.

Sing. α, ης, ῃ, αν, α. Dual. α, αιν. Pl. αι, ῶν, αις, ας, αι.
η, ην, η.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum (hoc est, quod non subsequitur consonantem), faciunt Genitivum in ας, Dativum in ᾳ diphthongum, Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda*. Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha*. ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies*. φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia*[b].

Itidem Ἀθηνᾶ, *Pallas*; Ναυσικᾶ, *Nausicaë*; & μνᾶ, *mina*, servant α in Genitivo, & Dativo; Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾷ, & cetera: fiunt enim per Crasin à desinentibus in α purum, Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα. Etiam à Θέκλα, *Thecla*, est Θέκλας, Θέκλᾳ.

TER-

[a] Rectiùs ex secundâ hac, & primâ, una fiat declinatio, ut ea partim sit masculinorum in ας, & ης quorum genitivus desinat in ου, vel etiam α partim fœmininorum in α, vel η, quorum genitivus exeat in ης, vel ας. Quomodo & Latinis quatuor illæ terminationes nominativi ad primam referuntur. At secundæ fuerint illa in ος & ον, ut apud Latinos exeuntia in *er*, *us*, & *um*. Quarta non est diversa à priori, cùm solùm differat dialecto. Quare quæ vulgò quintæ dicuntur, fuerint tertiæ: uti apud Latinos. Distributio istiusmodi ob convenientiam cum Latina expeditior, faciliorque est vulgari. Nihilominus ne studio innovandi molestiores essemus aliter assuetis, passi sumus & nos consuetudine abripi, velùt torrente.

[b] Horum imitatione Latini veteres dixere *terras*, pro *terræ*; imo & *escas*, pro *escæ*; *Latonas*, pro *Latonæ*. Ac remansit *paterfamilias* pro *paterfamiliæ*.

TERTIA DECLINATIO.

TERTIA declinatio complectitur Masculina, Fœminina, & Communia, in ος; ὁ λόγος, *sermo*: ἡ ὁδὸς, *via*: ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo*: ὄνος, *asinus*: ἵππος, *equus*: & adjectiva: ὁ καὶ ἡ χρήσιμος, *utilis*: φρόνιμος, *prudens*. Complectitur & neutra in ον· τὸ ξύλον, *lignum* [a]. Vocativus, præterquam in neutris, desinit in ε [b]. Genitivus, Dativus, & Accusativus, item Dualia, & Pluralia, sequuntur Articulum Masculinum & Neutrum.

Sing. ος, ου, ῳ, ον, ε. Dual. ω, οιν. Plur. οι, ων, οις, ους, οι.
ον, ον, ον. α, α, α.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου [c], τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε, &c.
ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδὲ, &c.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον, &c.

Tertiæ Declinationis Neutra hæc abjiciunt ν, more Attico [d]: ἄλλο, *aliud*: τηλικοῦτο, *tantum*, *tam grande natu*: τοιοῦτο, *tale*: τοσοῦτο, *tantum*. Sic Pronomina, τοῦτο, *hoc*: ἐκεῖνο, *illud*: αὐτὸ, *ipsum*. Interdum tamen habent ν, τοιοῦτον, τοσοῦτον. Sic ταὐτὸν, *idem* [e], pro τὸ αὐτό.

a Ad tertiam etiam reduci debent illa in ι, & υ, per apocopen facta; ἄλφι, pro ἄλφιτον, *farina*; ἦρι, pro ἦριον, *lana*; βρόφι, pro βρόφιμον, *nutriens*. Suntque indeclinabilia. Simile est γλάφυ, pro γλαφυρόν, *rotundum*.

b Communi etiam linguâ in vocativo dicitur, ὦ θεὸς, *ô Deus*; ὦ οὗτος, *heus tu*: more Attico.

c Veteres Attici, ante receptas Samiorum, sive Ionum, literas, scribebant hoc pacto, ὁ λόγος, τὸ λόγο, τοῖ λόγοι. Nam ο pro ου scribebant, & οι pro ῳ. Testes Velius Longus, & alii.

d uti & in articulis τὸ, καὶ ὅ.

e Et apud Aristophanem ταὐτονὶ, pro ταὐτό.

QVARTA DECLINATIO.

QVARTA Declinatio Atticorum est propria, vertentium vocales præcedentis Declina-

clinationis in ω: alioqui genere consentit: nam continet Masculina, Fœminina, & Communia in ως· ὁ Μενέλεως, *Menelaus*: ἡ ἅλως, *area*: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis*: & Neutra in ων, τὸ εὔγεων, *fertile*. Omnes casus desinunt in ω, vel monophthongo, vel diphthongo. vertitur enim ο in ω· οι in ῳ, subscribendo ι· ου in ω, abjecto υ. Neutrorum quoque α migrat in ω. Hoc modo:

Sing. ως, ω, ῳ, ων, ως. Dual. ω, ῳν. Pl. ῳ, ων, ῳς, ως, ῳ.
ων, ων, ων. ω, ω, ω.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεως.

ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.

ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τοῦ καὶ τῆς εὔγεω, τῷ καὶ τῇ εὔγεῳ.

τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, τὸ εὔγεων.

Quartæ declinationis nomina deducta ex ος tertiæ, mutant α penultimam longam in ε; ναὸς, νεὼς, *templum*: λαὸς, λεὼς, *populus* [a].

Quinque etiam accusativum faciunt sine ν: ὁ Ἄθως, τὸν Ἄθω [b], *Athos*, sive *Athon*, *mons Græciæ*: ἡ ἕως, τὴν ἕω, *aurora*: ἡ Κέως, τὴν Κέω, *Ceos*, sive *Cea*, *insula*: ὁ λαγὼς, τὸν λαγὼ, *lepus*, ἡ Κῶς, τὴν Κῶ, *Cos insula*. Unum quoque in ως neutrum est, τὸ χρέως, τοῦ χρέω, *debitum* [c].

QVIN-

a At brevis manet; κάλος, *rudens*, κάλως· ταὸς, *pavo*, ταώς· λαγὸς, *lepus*, λαγώς. Accentus non mutatur in polysyllabis, etsi ultima sit longa. Ut ἵλαος, *propitius*, ἵλεως· ἀνίλαος, *inclemens*, ἀνίλεως. Ac par ratio in compositis à γέα, *terra*; κρέας, *caro*; κέρας, *cornu*; γῆρας, *senectus*; γέλως, *risus*; χρέως, *debitum*; λεὼς, *populus*; πλέως, *navigatio*. Ut λεπτόγεως, *tenuem habens terram*; ἡδύκρεως, *suavem habens carnem*; χρυσόκερως, *aurea habens cornua*. b Legas tamen τὸν Ἄθων apud Herodotum, τὸν λαγὼν apud Plutarchum, aliáque apud alios. c Pro quo & τὸ χρεὼν dicitur. Duo item neutra in ω, apud Philonem ἀγήρω, *senii expers*, apud Plutarchum ἐπίπλεω, *plenum*.

QUINTA DECLINATIO.

a περιττοσύλλαβος.

QUINTA Declinatio imparisyllaba[a] complectitur omnia genera, & terminationes plurimas. Genitivus Nominativum superat, exiens in ος, Dativus in ι, Accusativus in α, Vocativi sæpe vox eadem, ac Nominativi. Dualis Nominativus ε, Genitivus οιν. Pluralis Nominativus ες, Genitivus ων, Dativus σι, Accusativus ας. At Neutrorum tres casus plurales in α.

Sing. Nominativus varius, ος, ι, α. Vocativus varius. Dual. ε, οιν. Plur. ες, ων, σι, ας, ες.
α, α, α.

S. ὁ Τιτὰν, τȣ͂ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν.
D. τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε.
P. οἱ Τιτᾶνες, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες. *Titan.*

Terminationes quintæ declinationis.

A literâ finita formant Genitivum in ατος· τὸ βῆμα, τȣ͂ βήματος, *gradus, tribunal.*

Nomina literarum sunt indeclinabilia[b], τὸ ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα. Sic & quæ aliter, quàm in α, desinunt: ut μῦ, ξῖ, ῥῶ. Sed ε, υ, ο, ω, inflectuntur ratione adjectivorum, ψιλὸν, μικρὸν, μέγα.

b Indeclinabilia quoque sunt, apocopen passa: ut ὕφα, pro ὕφασμα, *textura*; σκέπα, pro σκέπασμα, *tegmentum*; ἄλειφα, pro ἄλειφαρ, *pinguedo*.

I { ιτος, unum substantivum, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel*, cum compositis. Adjectiva Neutra communium legem servant: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratiosus, a, um*: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriæ studiosus, a, um*: sic etiam τὸ τὶ, τινὸς, *aliquid*,

aliquid, vel aliquod, ut Commune ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς, *aliquis, aliqua*.

Ρ[a] ι@· τὸ σίνηπι, σινήπι@, *sinapi*. Sic κόμμι, *gummi*: κιννάβαρι, *cinnabaris*: πέπερι, *piper*. Sed hujusmodi accepêre Græci à Barbaris.

Υ[b] υ@· τὸ γόνυ, γόνυ@[c], *genu, geniculum*.
ε@· τὸ ἄστυ, ἄστε@, *urbs*: τὸ πῶϋ, πώε@, *grex ovium, ovile*. Sic neutra Masculinorum in υς· ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέ@, *jucundus, um*; *suavis* & *suave*.

Ω ό@· ἡ Λητώ, Λητό@, *Latona*[d].

ΑΝ αν@· ὁ παιὰν, παιᾶν@, *paan, hymnus, inprimis in laudem Apollinis*: ὁ Πὰν, Πανὸς, *Pan, deus pastorum*: τὸ μέλαν, μέλαν@, *nigrum, atramentum*.
αντ@· Participia sunt: τὸ τύψαν, τύψαντ@, *quod verberavit*. Sic Adjectivum τὸ πᾶν, παντὸς, *omne*, more Masculini πᾶς, παντὸς, *omnis*.

ΕΝ εν@· τὸ τέρεν, τέρεν@, *tenerum*.
εντ@· τὸ χαρίεν[e], χαρίεντ@, *gratum, urbanum*: ut Masculinum χαρίεις, *gratus*, sive *cui gratia inest*; *venustus*. Sic Participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντ@, *verberatus, verberatum*.

ΗΝ ην@· ὁ Ἕλλην, Ἕλληνος, *Græcus*: ἡ σειρὴν, σειρῆν@, *siren, insecti genus non dissimile api*: item *Siren, fabulosarum mulierum una*.

a Aristoteles in arte poëtica, in fine cap. 21, ait, tria solum esse, quæ in ι desinant, μέλι, κόμμι, πέπερι· præterit κιννάβαρι, ut peregrinum. Imò Athenæus lib. 2. auctor est, nullam vocem Græcam, puta substantivam, in ι desinere præter μέλι. Nam πέπερι, κόμμι, κῶμι, peregrina esse. *b* Aristoteles in arte poëtica, in fine cap. 21, ait, quinque esse, puta substantiva, quæ in υ desinant; nempe πῶϋ, νάπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. *c* Sed in prosa γόνατ@. Sic τὸ δόρυ, τοῦ δόρυ@, δόρατ@. Vide infra caput de anomalis. *d* At ὦ pro ὦμα indeclinabile est *e* Χαρίεν, κοινῶς, at χάριεν proparoxytonè, Ἀττικῶς: ut Eustathius, & veterum alii observant.

ΕΝ. ενος· ὁ ποιμὴν, ποιμένος, *pastor*: ἡ φρὴν, φρενὸς, *mens*: ὁ καὶ ἡ ἄρσην, ἄρσενος, *mas*: ὁ καὶ ἡ τέρην, τέρενος, *tener*, *tenera*. Ἀρὴν *, *agnus*, per syncopen facit ἀρνός.

ΙΝ. ινος· ὁ δελφὶν, δελφῖνος, *delphin piscis*: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, *radius*: ὁ καὶ ἡ θὶν, θινὸς, *litus*: cujusmodi nominativus etiam effertur per ις, δελφὶς, ἀκτὶς, θὶς. Uti & ἶν, *fibra*: ῥὶν, *naris*: Σαλαμὶν, *Salamin*: quæ aliàs in Σ desinunt.

ΟΝ. ονος· τὸ μεῖζον, μείζονος, *majus*: à communibus in ων. οντος· cujusmodi participia sunt: ut τὸ τύπτον, τύπτοντος, *verberans*.

ΟΥΝ. οδος· τὸ δίπουν, δίποδος, ut com. δίπους, *bipes*. ουντος· quæ participia sunt, τὸ τυποῦν, τυποῦντος, *verberaturum*.

ΥΝ. υνος· ὁ μόσυν, μόσυνος, *turris*, *propugnaculum ligneum*: & quorum Nominativus etiam in υς desinit: Γόρτυν, vel Γόρτυς, *Gortys*, *civitas Cretæ*: ὁ Φόρκυν, vel Φόρκυς, *Phorcys*, *Neptuni filius*, *& Medusæ pater*. υντος· quæ participia sunt: ut τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος, *jungens*.

ΩΝ. ωνος· ὁ κλὼν, κλωνὸς, *ramus*: ὁ αἰὼν, αἰῶνος, *ævum*: ὁ Πλάτων, Πλάτωνος, *Plato*: ἡ μήκων, *papaver*: ἡ Σιδὼν, *Sidon*, *urbs Phœniciæ*. ονος· ὁ πρίων, πρίονος, *serra*: ἡ χελιδὼν, χελιδόνος, *hirundo*: & communia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, *felix*: & ita comparativa, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior*.

* Sic Eustathius; sed alii rectiùs censent ἄρς· quãquam ille rectum monosyllabicum non agnoscat. Ab ἀρνὶ est dativus pluralis ἀρνάσι.

Κύων,

Κύων, *canis*, facit κυνὸς *per syncopen*.

ῶντος· ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, *Xenophon*.

οντος· δράκων, δράκοντος, *draco*: & participia; ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans*: ὁ τυπών, τυπόντος, *qui verberavit*, & similes aoristi secundi activi.

οῦντος [a]: τυπῶν, τυποῦντος, *verberaturus*: & alia participia futuri secundi activi.

Item circumflexa præsentis in primâ, & tertiâ, circumflexorum: ut, ὁ ποιῶν, ποιοῦντος, *faciens*: δηλῶν, δηλοῦντος, *manifestans*.

κος· ὁ θώραξ, θώρακος, *pectus, thorax*: ἡ κύλιξ, κύλικος, *poculum, calix*: ὁ καὶ ἡ μεῖραξ, μείρακος, *adolescens*: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *vulpes*, *mutat* η in ε.

Ξ γος· ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax*: ὁ καὶ ἡ οἰστροπλὴξ, οἰστροπλῆγος, *æstro percitus*: ὁ τέττιξ, τέττιγος, *cicada*. Sic λύγξ, λυγγὸς, *singultus*: sed λύγξ, λυγκὸς, *lynx*.

χος· ὁ καὶ ἡ βὴξ, βηχὸς, *tussis*: ἡ θρὶξ, τριχὸς, *capillus*, pro adspirata sumit tenuem, τ pro θ, ne duæ syllabæ adspiratæ immediatè sese excipiant [b].

κτος· ὁ ἄναξ, ἄνακτος [c], *rex*: ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox*.

ΑΡ αρος· ὁ μάκαρ, μάκαρος, *beatus*. Sic & τὸ νέκταρ, νέκταρος, *nectar, potus deorum*; interdum etiam *cibus eorum*, sed rarò: itidem ψάρ, ψαρὸς, *sturnus*.

ατος· τὸ ἧπαρ, ἥπατος [d], *jecur, hepar*: τὸ δέλεαρ,

[a] Cum οῦντος hoc sit ex όοντος, terminatio ea rectiùs fortasse prætereatur. Sanè ex contractionem nulla habent οῦντος.

[b] In dativo plurali redit θ, θριξὶ nempe quia non sequitur adspirata χ, sed tenuis κ.

[c] Sic γάλα, γάλακτος, quasi à γάλαξ, lac.

[d] Sic poëtica εἶδαρ, esca; ἦμαρ, dies. At anomalum tamen est apud poëtas ἡ δάμαρ, uxor, δάμαρτος, reservato ρ.

λεαρ, δελέατος, *esca, quâ animalia capiantur, illecebra*: στέαρ, *adeps*: φρέαρ, *puteus* [a].

Indeclinabilia sunt: ὁ μῶμαρ, *stultus*: τὸ ὄναρ, *somnium*: sed pro ὄνατος, ὀνείρατος dicitur.

EIP { ειρος. ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, *pediculus*: ἡ χεὶρ, *manus*: ὁ καὶ ἡ πολύχειρ, *multimanus*: ὁ ἀντίχειρ, *pollex*.

HP { ηρος. ὁ Σὴρ, Σηρὸς, *Ser, unus è Serum populo*; & *vermis nens sericum*: ὁ λουτὴρ, λουτῆρος, *pelvis*: τὸ κῆρ, κηρὸς, *cor*: ἡ κὴρ, κηρὸς, *fatum, sors*.

ερος. ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, *æther*. Sic ὁ ἀὴρ, *aër*: ὁ ἀστὴρ, *stella*: ὁ δαὴρ, *levir*.

In multis verò est syncope [b]: ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, *pater*: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, *mater*: sic compositum Δημήτηρ, *Ceres*: item ἡ θυγάτηρ, *filia*: γαστὴρ, *venter*. At ὁ ἀνὴρ, *vir*, ἀνέρος, ἀνδρὸς, assumit δ.

OP { ορος. τὸ ἦτορ, ἦτορος, *cor, animus*: & inde compositum, ὁ μεγαλήτωρ, μεγαλήτορος, *magnanimus*.

YP { υρος. ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, *susurro*: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, *testis*: & Neutrum τὸ πῦρ, πυρὸς, *ignis*.

ΩP { ωρος. ὁ φὼρ, φωρὸς, *fur*: ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος, *sanies tenuior*, vel *aquosius illud in sanguine*: τὸ ἕλωρ, ἕλωρος, *captura, præda*.

ορος. ὁ Νέστωρ, Νέστορος, *Nestor*: ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος, *Hector*: ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, *carens patre*: ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ, *carens matre*.

a Sed in tribus his etiam est contractio: quia dicimus δέλητος, δέλητι: στητὸς, στητί: φρητὸς, φρητί.

b Hæc syncope tantum est in genitivo, & dativo, singulari. Nam casus reliqui ἀναλόγως declinantur. Nisi quòd à θυγάτηρ etiam in aliis casibus ε omittitur. Ut θύγατρα, θύγατρες, θυγατρῶν, θύγατρας. Etiam Δημήτηρ in prosa facit Δήμητρος, Δήμητρι, Δήμητρα.

Excipe, τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, *aqua* [a], quasi ab ὕδας· nam heteroclitum est.

αντος· ut, ὁ γίγας, *gigas*, γίγαντος. Sic ἡ ἀνδριὰς, *statua*: ὁ ἀλλᾶς, *farciminis genus*. Item ὁ πᾶς, παντὸς, *omnis*, cum compositis ἅπας, & σύμπας, *cunctus* [b].

ανος· ὁ μέλας, *niger*, ὁ τάλας, *miser*, μέλανος, τάλανος.

ΑΣ ἄδος· cujusmodi Fœminina sunt: ut, ἡ μονὰς, μονάδος, *monas*, *unitas*: λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas*, *lucerna*: aut Communia: ut, ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος, *exul*, *profugus* [c].

ατος, Neutrum: τὸ γῆρας, γήρατος, *senectus*: τὸ ἅλας, ἅλατος, *sal*.

Ὁ λᾶας, *lapis*, facit λάαος, & contractè λᾶος. At contractum λᾶς habet λαός.

αιτὸς· unum Fœmininum: ἡ δαὶς, δαιτὸς, *convivium*: & unum Neutrum, τὸ σαὶς, σαιτὸς, *farina aquâ subacta*.

ΑΙΣ αιδος· ut Commune ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer*, *puella*, quod facit παιδός. Sic composita ejus, ἄπαις, *sine liberis*, *carens filiis*: εὔπαις, *felix liberis*, *seu bonos habens liberos*.

ΑΥΣ αός· ἡ γραῦς, γραός, *anus*, *vetula*. Sic ἡ ναῦς, *navis*, ναός [d]. Ionicè rectus est νηῦς [e], gen. νηός [f].

ΕΣ έος, Neutra Communium in ης· τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, *verum*.

 ΕΙΣ

a Sic à σκῶρ, *merda*, σκατός.

b Quibus adde Aoristos primos participii activi: ut ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος.

c Sic ἡ δὰς *fax*, δαδός. Sed in plurali δάδων, retracto accentu contra naturam monosyllaborum. Alii scribunt per α, quasi sit ex δαΐς.

d Sed Atticè pro γραός & ναός dicitur γρεώς & νεώς. Ut & in plurali γρεῶν, & νεῶν. e Et diæresi νηΰς. f Sic plurali νῆες pro νᾶες. At Accusativo ναῦς pro νάας.



ενὸς· ὁ κλεὶς, κλενὸς, *pecten*. Sic adjectivum εἷς, ἑνὸς, *unus*: & inde composita, μηδεὶς, & ὐδεὶς, *nullus*.

ΕΙΣ — εντ☉· ὁ Σιμόεις, Σιμόεντ☉, *Simoïs, Simoëntis, nomen fluvii in Phrygia*: ἡ Ο᾽πόεις, Ο᾽πόεντ☉, *Opûs, Opûntis, civitas in Locris*. Itidem Adjectiva: ὁ χαρίεις, χαρίεντ☉, *cui gratia inest, gratiosus, venustus*: & participia; ut ὁ τυφθεὶς, τυφθέντ☉, *verberatus*.

At ἡ κλεὶς, *clavis*, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα, & κλεῖν· & in plurali κλεῖς, *claves*: Matth. xvi. vers. 19.

ΕΥΣ — έ☉ communiter, ῆ☉ Ionicè, έως Atticè: ὁ βασιλεὺς, τῦ βασιλέ☉, βασιλῆ☉, βασιλέως, *rex*: de hoc postea.

ΗΣ — ητ☉· ὁ λέβης, λέβητ☉, *lebes, cacabus*: ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτ☉, *vestis*: item Substantiva Fœminina, quæ fiunt ab adjectivis in *os* exeuntibus: ut, κακὸς, *malus*: ἡ κακότης, κακότητ☉, *malitia*: ἀςεῖ☉, *urbanus*: ἡ ἀςειότης, ἀςειότητ☉, *urbanitas*, &c.

ῆντ☉· ὁ τιμῆς, τιμῆντ☉, *honoratus*: δαφνῆς, δαφνῆντ☉, *laureus*: quæ contracta sunt ex τιμήεις, δαφνήεις.

εντ☉· Κλήμης, Κλήμεντ☉, *Clemenis*: Ουάλης, Ουάλεντ☉, *Valens*: similiáque à Latinis [a] accepta.

ε☉· ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένε☉, *Demosthenes*: ὁ Ἡρακλῆς, Ἡρακλέ☉, *Hercules*: ἡ τριήρης,

[a] Græci in his N amittunt ante Σ· quomodo & Ορτήσιος dicitur pro Hortensius: in quo lapsus Lambinus, qui Hortesius contra ἀναλογίαν maluit, quia Græcè sit Ορτήσι☉.

ἤρης, τριήρεος, triremis: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέος, verus, vera.

ιος· ὁ ὄφις, ὄφιος, serpens: ἡ πόλις, πόλιος, urbs.

ιδος· ὁ Πάρις, Πάριδος, Paris: ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, basis, fundamentum, item crepida: & Communia: ὁ καὶ ἡ ἄπολις, ἀπόλιδος, extorris, exul.

ιτος· ut, ἡ χάρις, χάριτος, gratia: cum compositis; εὔχαρις, gratus; ἄχαρις, ingratus.

ΙΣ ιθος· ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, avis, ales: ἡ μέρμις, μέρμιθος, funiculus.

ισος· ut, ἡ θέμις, θέμισος[a], jus, fas. Pro quo & θέμιδος dicitur. Sic χάρις non tantùm χάριτος, sed & χάριδος, & χάρισος facit; si Lascarim audimus. A quo alii dissentiunt, inprimis de Genitivo χάριος.

Nomen infinitum, ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ, aliquis, quidam, facit τινός· Interrogativum autem, τίς, τί, τίνος, quis, quæ, quod: acutâ penultimâ. Sic ὅστις, ὅυτινος, qui[b].

[a] Unde nomen propriũ Themistius; & Nympha Themista apud Hyginum, & Θεμιστόιενα apud Homerum.

[b] Sed Atticè pro ὅυτινος, ὅτου, dicitur quoque ὅτου, ὅτῳ.

εος· τὸ τεῖχος, τείχεος, murus: & reliqua Neutra.

ΟΣ ότος· τὸ τετυφὸς, τετυφότος, quod verberavit. Cujusmodi participia sunt.

οός· ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς, bos: ὁ χροῦς, τοῦ χροὸς, cutis: ὁ νοῦς, νοὸς, mens.

οῦντος[c]· ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, placenta:

[c] Cujusmodi ἡ sunt ex contractione, πλακόεις, πλακοῦς, πλακόεντος, πλακοῦντος, πλακόεντι, πλακοῦντι, &c. Par ratio est in aliis tum communibus: ut, ῥοδοῦς, rosaceus; μελιτοῦς, melleus: tum propriis, ut, Ἀμαθοῦς, Ὀποῦς, Σιμοῦς.

ΟΥΣ { ἡ Ὀπȣ̃ς, Ὀπȣ̃ντος, *Opûs*, *Opûntis*.
ὀντος· ὁ ὀδȣ̀ς, ὀδόντος, *dens*: & Participia: ut, ὁ δȣ̀ς, δόντος, *qui dedit*.
Ceterùm πȣ̀ς, ποδὸς, *pes*: sic composita: ut, ἄπȣς, ἄποδος, *carens pedibus*. At τὸ ȣ̃ς, ὠτὸς [a], *auris*. }

ΥΣ { υος· ὁ μῦς, μυὸς, *mus*: ὁ ἰχθὺς, vel ἰχθῦς, ἰχθύος, *piscis*: ἡ χέλυς, χέλυος, *chelys, cithara*.
έος· ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus, velox*: ὁ ἡδὺς, *suavis*: ὁ ὠκὺς, *velox*.
εως, Atticè: ὁ πῆχυς, πήχεως, *cubitus*: ὁ πρέσβυς, *senex*: ὁ πέλεκυς, *securis* [b].
υδος· ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, *chlamys, genus vestis*: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος, *qui nuper venit*; ὁ καὶ ἡ ἔπηλυς, *advena*.
υθος· ἡ κόρυς, κόρυθος, *galea*.
ῦντος· ὁ ζευγνὺς, ζευγνῦντος, *jungens*: & similia Participia verborum in MI.
A μάρτυς tantùm est Dativus pluralis μάρτυσι. }

ΩΣ { ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος, *risus*: ὁ φὼς, φωτὸς, *vir*: τὸ φῶς, φωτὸς, *lux, lumen*: ὁ χρῶς, χρωτὸς, *cutis*.
ωδος· ut, ἡ φὼς, φῳδὸς, *pustula, macula rubens, quales quæ igne inustæ*.
οος· ἡ αἰδὼς, αἰδόος, *pudor*; ἡ ἠὼς, ἠόος, *aurora*.
οτος· ut, τετυφὼς, τετυφότος, *qui verberavit*: & similia præterita participia.
ωος· ὁ Τρὼς, Τρωὸς, *Tros, Trojanus*: ὁ Μίνως, Μίνωος, *Minos*: ὁ ἥρως, ἥρωος, *heros*. }

[a] Tanquam ab ὦς, quod Doricum foret, quomodo Dorès dicunt ὦν pro οὐῶν.

[b] Quæ & pluraliter Atticos imitantur, πήχεων, πρέσβεων, πελέκεων. Etiam apud Aristotelem, 6 l. c. 13, Metaph. legas ἐκ δυο ἡμίσεων, è *duobus dimidiis*, à neutro adjectivo ἥμισυ.

ΛΣ λος· ὁ ἅλς, ἁλὸς, *sal*: ἡ ἅλς, ἁλὸς, *mare*, apud poëtas.

ΝΣ νθος· ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος, *lumbricus*: Τίρυνς, Τίρυνθος, *Tiryns, oppidum Laconicæ.*

ΡΣ ρος· ὁ μάκαρς, μάκαρος, quod & μάκαρ, μάκαρος, *beatus*.

Ψ { πος· ὁ ὢψ, ὠπὸς, *oculus, visus*: ἡ λαίλαψ, λαίλαπος, *procella*: ὁ Κύκλωψ, Κύκλωπος, *Cyclops*.
βος· ὁ Ἄραψ, Ἄραβος, *Arabs*: ὁ φάψ, φαβὸς, *palumbus*: ἡ φλὲψ, φλεβὸς, *vena*.
φος· Κίνυψ, Κίνυφος, *fluvius Africæ*: ἡ κατῆλιψ, κατήλιφος, *columen, scala*. }

Et hactenus de Genitivo.

ACCUSATIVUS singularis exit in α· τὸν Τιτᾶνα, *Titanem*. Excipiuntur:

I. Nomina in ις, & υς, quorum genitivus in ος purum. Nam faciunt hæc accusativum per ν, ὁ ὄφις, ὄφιος vel ὄφεως, ὄφιν, *serpens*: ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν, *racemus*: ὁ ὀξὺς, *acutus*, ὀξέος, ὀξύν. Sed hæc quoque α habent: τὸν βότρυα, τὸ ὀξέα, inprimis apud poëtas.

II. Barytona in ις, & υς, declinata non purè, sortiuntur utramque [a] terminationem: ἡ ἔρις, ἔριδος, τὴν ἔριδα & ἔριν, *lis, contentio*: ὁ νέηλυς, νεήλυδος, τὸν νεήλυδα & νέηλυν, *qui recèns advenit*.

[a] Nempe ν quoque habent, quia Ionicè declinantur per ος purum.

III. Nomina in αυς faciunt αυν· ἡ ναῦς, ναὸς, ναῦν, *navis*: ἡ γραῦς, γραὸς, γραῦν, *anus, vetula*. Sic & ους, ουν· ut, ὁ βοῦς, *bos*, βοὸς, βοῦν· rarò autem in α, τὸν βόα.

 Ὁ πα-

Ὁ πατὴρ, *pater*: τοῦ πατέρος, & πατρὸς, τὸν πατέρα tantùm: ἡ μήτηρ, *mater*, τῆς μητέρος, & μητρὸς, τὴν μητέρα tantùm: ἡ γαστὴρ, *venter*, τῆς γαστέρος, & γαστρός, τὴν γαστέρα tantùm: ad differentiam nominum ἡ πάτρα, *patria*; ἡ μήτρα, *matrix*; ἡ γάστρα, quod & γάστρη, *concavum vasis*, vel etiam *carina*, seu *alveus navis*.

VOCATIVUS idem ac nominativus: ὁ Τιτὰν, ὦ Τιτάν.

Excipe nomina barytona [a] flexa per αντος, vel οντος, quæ ablato τος formant vocativum [b]: ὁ Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν [c], *Ajax*: λέων, λέοντος, ὦ λέον, *leo*.

Similiter adjectiva in ην, & εις [d], ablato τος, vel ος, formant vocativum per εν· τέρην, τοῦ τέρενος, ὦ τέρεν, *tener*: χαρίεις, τοῦ χαρίεντος, ὦ χαρίεν, vel etiam ὦ χαρίεις, *gratiosus*. Sic Σιμόεις, ὦ Σιμόεν, *Simoïs*, *fluvii nomen*.

Pariter barytona in ωρ ορος, & ας ανος, & in ων ονος, faciunt vocativum abjecto ος ut, ὁ Νέστωρ, Νέστορος, ὦ Νέστορ· ὁ Ἕκτωρ, ὦ Ἕκτορ· παντοκράτωρ, ὦ παντοκράτορ, *omnipotens*: ὁ μέλας, μέλανος, ὦ μέλαν, *niger*: ὁ τάλας, τάλανος, ὦ τάλαν, *miser*: ὁ δαίμων, δαίμονος, ὦ δαῖμον, *dæmon*: ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων, ἐλεήμονος, ὦ ἐλεῆμον, *misericors*. Sic ὁ καὶ ἡ κύων, κυνὸς per syncopen, ὦ κύον, *canis*.

Ex his quædam [e] polysyllaba accentum retrahunt

[a] Dico *barytona*, quia oxytonorum dispar est ratio, ut ἱμὰς, ἱμάντος, ὦ ἱμάς. Dico *flexa* in αντος, vel οντος, quia Οὐάλης, Οὐάλεντος, Κλήμης, Κλήμεντος, non habent εν in vocativo.

[b] Participia tamen vocativum formant similem nominativo: ut, ὁ τύψας, ὦ τύψας.

[c] Sic ὦ Πουλυδάμαν· sed Poëticè Homero, ὦ Πουλυδάμα, ὦ Αἶα, ὦ Θόα. Sed Atticè tamen ὦ Αἴας apud Sophoclem. Latini illa in A imitantur. Ut ô *Pallâ*, XI Æneïd. ô *Calcha*, Senec. Troad.

[d] Præter participia in εις· ut, τυφθεὶς, τιθεὶς· ubi similiter idem vocativus, & nominativus.

[e] Nec enim id per-

hunt in antepenultimam: ut, ὁ Ἀπόλλων, Ἀπόλλωνος, ὦ Ἄπολλον· ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀγαμέμνονος, ὦ Ἀγάμεμνον· ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων, κακοδαίμονος, ὦ κακόδαιμον, *infelix*. Sic, βελτίων, βελτίονος, ὦ βέλτιον· ἀρείων, ἀρείονος, ὦ ἄρειον, *melior*: ac similes comparativi. Quædam etiam polysyllaba, quorum genitivus desinit in ῶνος, faciunt ον, retracto itidem accentu: ut, ὁ Ποσειδῶν, Ποσειδῶνος, ὦ Πόσειδον, *Neptunus*.

Gravitona in ηρ, habent ερ, μήτηρ, ὦ μῆτερ, *mater* [a]. Sic, ἡ θυγάτηρ, *filia*, ὦ θύγατερ· ἡ Δημήτηρ, *Ceres*, ὦ Δήμητερ· ubi accentus retrahitur. Idem fit in acutis quatuor, πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ, *pater, levir*, id est, *mariti frater, servator, vir*: ὦ πάτερ, δάερ, σῶτερ, ἄνερ.

Diphthongi in ευς, & ους, deponunt ς· ὦ βασιλεῦ, βοῦ, πλακοῦ, *ô rex, bos, placenta*. Præter ὦ ποὺς [b], *ô pes*, & ὦ ὀδοὺς, *ô dens*. Sic, ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer, puella*: cum compositis; εὔπαις, *liberis felix*; ἄπαις, *liberis carens*.

Gravitona quoque in ις, & υς, poëticè, & oxytona in ὶς, rejiciunt ς· ut, ὦ ὄφι, βότρυ, *ô serpens, raceme*, Ἀμαρυλλὶς, ὦ Ἀμαρυλλί [c]. Sic adjectiva [d] oxytona in ὺς· ut, ὁ ὀξὺς, *acutus*, ὦ ὀξύ. Et monosyllaba, ὁ μῦς, *mus*, ὦ μῦ· ἡ δρῦς, *quercus*, ὦ δρῦ.

Nomina primæ declinationis contractorum desinentia in ης faciunt ες· ut, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, *Demosthenes*.

Marginal notes: petuum: nam à Λακεδαίμων, Λακεδαίμονος, est ὦ Λακεδαῖμον. Sic ὦ Παλαῖμον, ὦ Μαχάον· & composita à φρὼν, ut, δαΐφρων, *prudens*, ὦ δαΐφρον. Sic ὦ ἀγανόφρον, *mitis*.

a Excipe ὁ πίηρ, πίερος, ὦ πίηρ.

b Ut distinguatur ab adverbio ποῦ. At composita, ut sunt δίπους, τρίπους, μελάμπους, πολύπους, quia hic discrimine eo non opus est, videntur ἀναλόγως in ου desinere. Sanè ô *Melampu* dixit Statius.

c Sic apud Maronem est Eclog. 1, *Amarylli*.

d Non substantiva; ut liquet ex χλαμὺς, ὦ χλαμὺς, *chlamys*.

DATIVUS Pluralis fit à Singulari, posito σ ante ι· τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, *racemo*, *racemis*: & literæ, δ, θ, ν, τ, sunt rejiciendæ: λαμπάδι, λαμπάσι, *lucernæ*, *lucernis*; ὄρνιθι, ὄρνισι, *avi*, *avibus*; Τιτᾶνι, Τιτᾶσι, *Titani*, *Titanibus*; λέβητι, λέβησι, *lebeti*, *lebetibus*.

Quod si, consonantibus abjectis, penultima, quę prius longa erat[a], corripiatur, fiet diphthongus: λέοντι, λέουσι, *leoni*, *leonibus*; τιθέντι, τιθεῖσι[b], *ponenti*, *ponentibus*: aut vocalis anceps, quæ in singulari producebatur positione, hic in plurali habebitur longa: Αἴαντι, Αἴασι, *Ajaci*, *Ajacibus*; ἱστάντι, ἱστᾶσι, *statuenti*, *statuentibus*.

Quæ exeunt in ξ, ψ, aut diphthongum, adjectione ξ ι faciunt Dativum Pluralem: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαξι· ὁ Ἄραψ, Ἄραψι· ὁ βασιλεὺς, βασιλεῦσι· βοῦς, βουσὶ· *rapax*, *Arabs*, *rex*, *bos*. At ὁ πὸυς, τοῖς ποσὶ, *pes*; τὸ οὖς, *auris*, ὠτὶ, ὠσί.

Υἱεὺς, *filius*, & δρομεὺς, *cursor*, pro υἱεῦσι, & δρομεῦσι, faciunt υἱέσι, & δρομέσι.

Illa in ηρ, quæ syncopen patiuntur, Dativum Pluralem faciunt in ασι· πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι, *pater*; sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus*, *filiabus*, *viris*: & similia.

Item υἱὸς, *filius*, facit etiam υἱάσι. Sed γαστὴρ, *venter*, potiùs habet γαστῆρσι.

ATQUE hæ quidem Declinationes appellantur Simplices. Ceterùm cùm inter tam varia

a Nam penultima dativi pluralis nequit esse minor, quam dativi singularis: eóque, si antè erat longa, abjectâ autem consonâ futura esset brevis; adsciscendo subjunctivam fiet longa, ut in exemplis productis videre est. Sin ante erat brevis: vel quantitas manebit, ut φρενὶ, *menti*, φρεσὶ· vel longa fiet positione; ut, ῥήτορι, *rhetori*, ῥήτορσι· μάρτυρι, *testi*, μάρτυρσι· ἁλὶ, *sali*, ἁλσί.   b Sic φωνήεντι, φωνήεσι· pro quo tamen in cunctis Apollonii editionibus compluribus locis constanter φωνήσι legas.

ria nomina Quintæ Declinationis, quædam Genitivum faciant in ος purum, & reliquos item casus in terminationem puram: fit ut in multis accidat Synæresis, aut Crasis, duabus syllabis in unam contractis: ut, τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, & per Crasim τείχους· τῷ τείχεϊ, & per Synæresim τείχει· & similia. Ideoque quædam sunt Declinationes nominum contractorum.

Συναίρεσις, *contractio* [a], propriè est vocalium servatarum in diphthongum contractio: ut, τείχεϊ, τείχει, *muro*: εϊ, in ει.

Κρᾶσις, *commixtio*, quum, non servatis vocalibus, duæ syllabæ commiscentur in unam: ut, τείχεος, τείχους, εο in ου· τείχεα, τείχη, εα in η.

Cum verò contractio omnis fiat è duabus vocalibus [b]: consequitur, contrahi non posse casus eos, ubi non est ejusmodi vocalium concursus: quales sunt vocativi singulares, & dativi plurales.

[a] Ut συνῃρημένον, *contractum*.

[b] Sed in recto etiam ex vocali, & diphthongo: ut, ὁ πλακόεις, πλακοῦς, *placenta*: item in verbis, ut, ποιέεις, ποιεῖς, *facis*.

PRIMA DECLINATIO CONTRACTORUM.

PRIMA Declinatio contractorum est nominum Masculinorum, Fœmininorum, & Communium in ης· Neutrorum verò adjectivorum in ες, & substantivorum in ος· quorum Genitivus desinit in εος· ac ferme in omnibus casibus fiunt Crases ex ε, & vocali, vel diphthongo sequente, hoc modo:

ους, ει, η, η, οῖν. εις, ῶν, εις, εις.
S. ης, εος, εϊ, εα, ες. D. εε[a], έοιν, P. εες, έων[b], εσι, εας, εες.
ες, ες, ες. η, η, η.
ος, ος, ος. εα, εα, εα.

Quadruplex igitur contractio fit.

I. εο in ου.

II. εϊ in ει.

III. εε, & εα, non sequente consonâ, in η[c]; sequente autem, in ει.

IV. in ceteris ε abjicitur.

S. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένε(ος), σθένους, τῷ Δημοσθένεϊ, σθένει, τὸν Δημοσθένεα, σθένη, ὦ Δημόσθενες. D. τὼ & ὦ Δημοσθένεε, σθένη, τοῖν Δημοσθενέοιν, σθενοῖν. P. οἱ & ὦ Δημοσθένεες, σθένεις, τῶν Δημοσθενέων, σθενῶν, τοῖς Δημοσθένεσι, absque contractione: τοὺς Δημοσθένεας, σθένεις.

ἡ τριήρης[d], *triremis*, τῆς τριήρε(ος), ήρους, τῇ τριήρεϊ, ήρει.

ὁ & ἡ ἀληθὴς, *verus, a*, τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, ἀληθοῦς: τὸ ἀληθὲς, *verum*, τοῦ ἀληθέ(ος), ηθοῦς, τῷ ἀληθέϊ, ηθεῖ.

τὸ τεῖχ(ος), *murus*, τοῦ τείχε(ος), τείχους, & ita deinceps.

Propria[e] à κλέ(ος) composita variè contrahuntur: ut, Nom. Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς· G. Ἡρακλέεος, έους, οῦς· & Ionicè Ἡρακλέη(ος), ῆ(ος)· D. Ἡρακλέεϊ, έει, ει, &c. Voc. Ἡράκλεες, contractè Ἡράκλεις· item, per syncopen alterius ε, Ἡράκλεες,

a Sic in prosa etiam legas sine crasi συγγενέες, *cognati*. Neutra quædam contrahuntur in ει, ut σκέλ(ος), *crus*, σκέλεα, σκέλει. At ὄσσε pro ὄσσεε, *oculi*, per apocopen dicitur.

b Genitivus hic sæpius in soluta oratione legitur incontractus: ut ἀνθέων, *florum*; κερδέων, *lucrorum*; ὀρέων, *montium*.

c A κλέος legas in plurali κλέα. Sed fortasse hæc syncope veriùs, nisi α fuerit longum.

d ἡ μονήρης, *uniremis*, διήρης, *biremis*, τριήρης, *triremis*, intellectâ voce ναῦς, *navis*.

e Propria dico; quia appellativa, ut εὐκλεὴς, *gloriosus*, ἀκλεὴς, *inglorius*, declinantur ἁπλῶς, ut Δημοσθένης.

κλεες, Ἥρακλες. Sic Θεμιστοκλέης, Περικλέης, Σοφοκλέης, similiáque.

Nomina in ης, quorum nominativus desinit in ης purum, accusativo singulari etiam contrahuntur in α· εὐφυής, εὐφυέα, εὐφυῆ, vel εὐφυᾶ, *ingeniosus*: ὑγιής, ὑγιέα, ὑγιῆ, vel ὑγιᾶ, *sanus*. Estque contractio in α, quæ Attica est, usitatior.

SECUNDA DECLINATIO
CONTRACTORUM.

SECUNDA Declinatio est Masculinorum, Fœmininorum, & Communium in ις· & Neutrorum tam adjectivorum, quàm substantivorum in ι.

ι, ις, ις, ις.
S. ις, ιος, ιϊ, ιν, ι. D. ιε, ίοιν. P. ιες, ίων, ισι, ιας, ιες.
ι, ι, ι.
ι, ι, ι. ια, ια, ια.

Crases fiunt in ι longum, idque in paucis: Sing. Dativo ιϊ in ι· Plurali Nominativo ιες, in ις· Accusativo similiter ιας, in ις. Reliqui casus sine contractione. Neutrorum Plurale ια, in ι. Accusativus singularis extra neutra, semper in ιν. Vocativus in ι, ablato ς Nominativi.

S. ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος, τῷ ὄφιϊ, ὄφι, τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι.

Et Plurale, οἱ & ὦ ὄφιες, ὄφις, τῶν ὄφιων, τοῖς ὄφισι, τοὺς ὄφιας, ὄφις, *serpens*. Sic ἡ πόλις, πόλιος, *urbs*. ὁ καὶ ἡ νῆστις, νήστιος, *jejunus*.

Neutrum τὸ σίνηπι, σινήπιος, *sinapi*. Plurale σινήπια, σινήπι.

Iones

Iones hæc Nomina flectunt per εος [a], fitque crasis primæ Declinationis: τῷ ὄφεϊ, ὄφει, τὼ ὄφεε, ὄφη· οἱ & ὦ ὄφεες, ὄφεις· τοὺς ὄφεας, ὄφεις. Alii autem casus non contrahuntur.

Atticus genitivus [b] singularis εως, ὄφεως. Dual. εων, ὀφεων. Plur. εων, ὀφεων, accentu semper in antepenult.

a Sequor opinionem nunc vulgarem. Reverâ autem genitivi in εος potiùs Ionici videntur, communes in εως, uti Attici in εως. Quippe illis in εος utitur Herodotus, qui Ionicè scripsit. b Estque Atticus hic genitivus etiam in communi lingua usitatior genitivis in εος, vel εως.

TERTIA CONTRACTORUM.

Tertia est masculinorum in εύς [c]. Genitivus communis in έος· unde in quibusdam casibus fit crasis, more primæ Declinationis. Ionicus autem in ῆος, ex quo non fit contractio.

εῖ,	εῖς [e],	εῖς, εῖς.
S. εὺς, έος, έϊ, έα, εῦ. D. έε [d], έοιν. P. έες, έων, εῦσι, έας, έες.		
ῆος, ῆϊ, ῆα,	ῆε, ήοιν.	ῆες, ήων, ῆας, ῆες.

S. ὁ βασιλεὺς, rex, τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ, λεῖ.
P. οἱ βασιλέες, λεῖς, τοὺς βασιλέας, λεῖς.

Vocativus in εῦ, ὦ βασιλεῦ. Dativus Pluralis in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι.

Ionicè τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα, &c.

Atticus Genitivus singularis in έως [f], τοῦ βασιλέως [g].

c Quæ Dores, & Æoles efferunt per ης. Uti & eorum imitatione Latini. Ut, Ἀχιλλεύς, Ἀχίλλης, *Achilles*; Ὀδυσσεύς, Ὀδύσσης, *Vlysses*; Περσεύς, Πέρσης, *Perses*. Atque hinc liquet, cur Latini nunc *Achilleï* dicant ab *Achilleus*, nunc *Achillis*, ab *Achilles*. Sic *Vlyssei*, & *Vlyssis*, *Persea*, & *Persem*, *Perseus*, & *Perses*. d In nominativo duali contrahunt nonnulli εε in η· sed eam contractionem improbant doctiores. e Attici veteres pro ἱππεῖς dixere ἱππῆς. f Nisi κοινῶς, & Atticè, in εως· Ionicè autem in εος, vel ηος. Quod verius censeo. Nam Herodotus, scriptor Ionicus, per εος effert. g Qui genitivus Atticus

QUAR-

QUARTA CONTRACTORUM.

QUARTA est Fœmininorum in ω, & ως· ἡ Λητὼ, *Latona*: ἡ αἰδὼς, *pudor*. Quorum Genitivus in όος, contrahitur in οῦς· τῆς Λητόος, τοῦς. Dativus όϊ, οῖ, τῇ Λητόϊ, Λητοῖ. Accuſ. όα, ὼ, τὴν Λητόα, Λητώ. Vocativus οἷ, ὦ Λητοῖ[a]. Dualis, & Pluralis, ut in tertia ſimplici Declinatione: τὼ Λητώ, αἱ Λητοί.

cus non contrahitur, præterquam in iis, quæ ante εως habent vocalem, aut diphthongum: ut, ὁ Πειραιεὺς, *Piraeus*, τοῦ Πειραιέως, Πειραιῶς· ὁ χοεὺς, *congius*, menſura Attica, τοῦ χοέως, χοῶς. Eorundem accuſativus contrahitur in α· τὸν Πειραιέα, Πειραιᾶ, τὸν χοέα, χοᾶ. Similitérque in ὁ Στειριεὺς, & aliis. *a* Cum acuto; pro quo circumflexus eſt in dativo.

QUINTA CONTRACTORUM.

QUINTA Declinatio continet Neutra in ας purum, & in ρας. Genitivus Communis ατος, Ionicus αος, ex quo fit craſis Attica.

	ως,	α,	α,	ῶν,
	αος,	αϊ,	αε,	άοιν,
Sing.	ας, ατος,	ατι, ας, ας.	Dual. ατε, άτοιν,	
	α,	ῶν,	ας,	α,
	αα,	άων,	αα,	αα,
Plur.	ατα,	άτων, ασι,	ατα,	ατα,

Τὸ κρέας[b], *caro*, τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως· τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέᾳ. Sic τὸ κέρας, *cornu*, τοῦ κέρατος, κέραος, κέρως· ſempérque contractio eſt ex α.

b Etiam pro κρέας κρῆς contractè apud Theocritum, Idyll. 1, verſu 6, legas.

DE NOMINIBUS CONTRAHI *solitis extra quinque eas declinationes, quæ Contractorum vocantur.*

MULTA etiam nomina contrahuntur in tribus primis declinationibus parisyllabis: multa item in quincta, quæ ad superiores quinque declinationes è quincta ortas referri non possunt.

Ad primam parisyllabam pertinent contracta in ῆς ex έας· ὁ Ἑρμέας, Ἑρμῆς, *Mercurius*: τοῦ Ἑρμέου, Ἑρμοῦ, τῷ Ἑρμέᾳ, Ἑρμῇ, τὸν Ἑρμέαν, Ἑρμῆν, atque ita in reliquis casibus.

ῆς οῦ ῇ ῆν ῆ
S. εας vel έης, έου, έᾳ vel έῃ, έαν vel έην, έα vel έη.

ῆ αῖν.
D. έα, έαιν.

αῖ ῶν αῖς ᾶς αῖ.
P. έαι, έων, έαις, έας, έαι.

Sic ὁ Ἀπελλέας, Ἀπελλῆς, *Apelles*; ὁ Θαλέας, Θαλῆς, *Thales*[a].

In secunda contractio fit in ᾶ, vel ῆ. In ᾶ bifariam: nempe vel ex άα, ut ἡ μνάα, μνᾶ, *Mina*; ἡ Ἀθηνάα, Ἀθηνᾶ, *Minerva*; ἡ Ναυσικάα, Ναυσικᾶ, *Nausicaë*: vel ex έα, si ρ præcesserit, aut vocalis: ut, ἡ ἀργυρέα, ἀργυρᾶ, *argentea*; ἡ πορφυρέα, πορφυρᾶ, *purpurea*; ἡ ἐρεέα, ἐρεᾶ, *lanea*.

In ῆ itidem dupliciter: ex έα, præcedente consonante aliâ, quàm ρ· ut, ἡ γέα, γῆ, *terra*; ἡ χρυσέα, χρυσῆ, *aurea*; ἡ λεοντέα, λεοντῆ, *leonina*: vel ex όη[b]. ut, ἡ ἁπλόη, ἁπλῆ, *simplex*; ἡ διπλόη, διπλῆ, *duplex*:

a Quæ in omnibus casibus contrahuntur, dicuntur ὁλοπαθῆ· quæ non in omnibus, sed in multis duntaxat, πολυπαθῆ· quæ in paucis solùm, ὀλιγοπαθῆ.

b Nisi hæc simpliciter malis esse à masculinis in οῦς.

plex: similiáque, quæ in omnibus numeris, & casibus, contrahuntur, ut mox videbimus.

In tertiâ contrahuntur nomina in όος in omnibus casibus & numeris.

Sing. ὁ νόος, νοῦς, *mens*; τοῦ νόου, νοῦ, τῷ νόῳ, νῷ, τὸν νόον, νοῦν, ὦ νόε, νοῦ.

Dual. τὼ νόω, νώ, accentu acuto, τοῖν νόοιν, νοῖν.

P. οἱ καὶ ὦ νόοι, νοῖ, τῶν νόων, νῶν, τοῖς νόοις, νοῖς, τοὺς νόους, νοῦς.

Sic composita, ὁ εὔνοος, εὔνους, *benevolus*; ὁ ἄνοος, ἄνους, *amens*. Item ὁ ῥόος, ῥοῦς, *fluxus*; ὁ πλόος, πλοῦς, *navigatio*; ὁ χνόος, χνοῦς, *lanugo*; ὁ χρόος, χροῦς, *cutis*, aut, *corpus amictum cute*: & horum composita [a]: ut, ὁ κατάῤῥοος, κατάῤῥους, *defluxus*; ὁ καλλίῤῥοος, καλλίῤῥους, *pulchrifluus, pulchra habens fluenta*; ὁ ἔκπλοος, ἔκπλους, *enavigatio*; ὁ ἐπίπλοος, ἐπίπλους, *navigatio adversus aliquem*; ὁ εὔπλοος, εὔπλους, *navigatu facilis*; ὁ ἄχνοος, ἄχνους, *expers lanuginis*; ὁ ῥοδόχροος, ῥοδόχρους, *roseum habens colorem* [b]. Et adjectiva, ὁ ἁπλόος, ἁπλοῦς, *simplex*; ὁ διπλόος, διπλοῦς, *duplex*; ὁ τριπλόος, τριπλοῦς, *triplex*; ὁ τετραπλόος, τετραπλοῦς, *quadruplex* [c]; ὁ ἄθροος, ἄθρους [d], *frequens, densus*. Quorum Fœminina, & Neutra, similiter ubique contrahuntur. Fœmin. ἡ ἁπλόη, ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης, ἁπλῆς, τῇ ἁπλόῃ, ἁπλῇ, τὴν ἁπλόην, ἁπλῆν, & ita deinceps. Neut. τὸ ἁπλόον, ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου, ἁπλοῦ, &c. ut in Mascul. P. τὰ ἁπλόα, ἁπλᾶ. Item composita ex Ionico ἡ μνέα, pro μνᾶ· ut, ὁ δίμνους, ὁ τρίμνους, ὁ τετράμνους, *duarum, trium, quatuor minarum*.

Sic ὁ χρυσοῦς, *aureus*; ὁ ἀργυροῦς, *argenteus*; ὁ χαλκοῦς.

a Hujusmodi composita non contrahuntur in neutris, nominativo, accusativo, & vocativo pluralis. Nec enim εὔνα, sed tantùm εὔνοα dicitur. Sic & καλλίῤῥοα, εὔπλοα, &c. In genitivo etiam potius εὐνόων, εὐπλόων, quàm εὔνων, εὔπλων.

b Ut hîc accentus sit in penultima.

c Ubi accentus rejicitur in ultimam.

d Retrahitur hic accentus contra regulam.

κῦς, *aureus*; ὁ σιδηροῦς, *ferreus*; ὁ φοινικοῦς, *puniceus*, &c. fiunt à finitis in εος, ὁ χρύσεος, ὁ ἀργύρεος, ὁ χάλκεος, &c. pro, ὁ χρύσους, ὁ ἀργύρους, ὁ χαλκοῦς, &c. Irregulariter enim accentus locum suum non servat[a].

A contractis veniunt[b] fœminina, ἡ χρυσῆ, ἡ χαλκῆ, ἡ ἀργυρᾶ: neutra, τὸ χρυσοῦν, τὸ χαλκοῦν, τὸ ἀργυροῦν.

Ὁ σάος, σῶς, *salvus, integer*; τοῦ σάους, σῶς[c]. Neutrum, τὸ σάον, σῶν, τὰ σάα, σᾶ[d].

Neutra verò in εον sic inflectuntur per Crasim: Sing. τὸ καὶ ὦ ὀστέον, ὀστοῦν, ος, οῦν; τοῦ ὀστέου, ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ, ὀστῷ. Dual. τὼ ὀστέω, ὀστώ, acuto accentu, τοῖν ὀστέοιν, ὀστοῖν. Plur. τὰ ὀστέα, ὀστᾶ[e]. Genitivus, & Dativus, ut in Masculino.

In quinta declinatione per Crasin fiunt: ὁ τιμῆς, τοῦ τιμῆντος, ex[f] ὁ τιμήεις, τοῦ τιμήεντος, *honoratus*; ὁ μελιτοῦς, τοῦ μελιτοῦντος, ex ὁ μελιτόεις, τοῦ μελιτόεντος, *mellitus*.

Sic ὁ πλακοῦς, τοῦ πλακοῦντος, ex ὁ πλακόεις, τοῦ πλακόεντος, *placenta*; ὁ Σιμοῦς, *Simoïs fluvius*; ἡ Ὀποῦς, *Opûs, civitas in Locris*; ἡ Ἀμαθοῦς, *Amathûs*.

In ηρ ut, τὸ ἦρ, τοῦ ἦρος, *ver*; τὸ κῆρ, τοῦ κῆρος, *cor*: à τὸ ἔαρ, τοῦ ἔαρος, τὸ κέαρ, τοῦ κέαρος. Addunt τὸ στῆρ, τοῦ στηρὸς, *sebum*, à στέαρ. Sed hoc στέατος facit.

Ὁ παῖς, τοῦ παιδὸς, ab ὁ πάϊς, τοῦ πάϊδος, *puer*.

Item, ὁ λάας, λᾶς, *lapis*; τοῦ λάαος, λᾶος· τῷ λάαϊ, λᾶϊ. Neu-

a Similis accentus in substantivis ὁ ἀδελφιδοῦς, *fratris filius*, ὁ θυγατριδοῦς, *filiæ filius*, ex ὁ ἀδελφιδέος, & ὁ θυγατριδέος.

b Nam à puris nominibus esset potius, ἡ χρυσᾶ, ἡ χαλκᾶ.

c Σῶς etiam est accusativus fœmininus ex σόας, *salvas*.

d Σᾶ pro σάα agnoscunt Hesychius & Suidas.

e Communis est contrahendi modus, nisi quod nominativo, accusativo, & vocativo plurali εα, & οα contrahuntur in ᾶ. Sic apud Suidam, κανᾶ ἀργυρᾶ, καὶ χρυσᾶ, *canistra argentea, & aurea*. Nempe κανᾶ ex κάνεα, à τὸ κάνεον, κανοῦν.

f Contrahuntur & horum fœminina, ac neutra: ut, ἡ τιμῆσσα, τὸ τιμῆν, ex ἡ τιμήεσσα, τὸ τιμῆεν· ἡ μελιτοῦσσα, & Atticè ἡ μελιτοῦττα, τὸ μελιτοῦν, ex ἡ μελιτόεσσα, τὸ μελιτόεν. Genitiv. τῆς τιμήσσης, τῆς μελιτούσσης, & ita in aliis casibus.

Neutra in υ, τὸ ἄστυ, τοῦ ἄστεος, *urbs*; τὸ πῶϋ, τοῦ πώεος, *grex*; licet flectantur per εος in Genitivo tamen non contrahuntur. Sed legitur τῷ ἄστεϊ, ἄστει, & τὰ ἄστεα, ἄστη [a].

Acuta in ὺς, τοῦ έος, Crasin patiuntur in Dativo Singularis, Nominativo, Accusativo, & Vocativo Pluralis: ὁ ἡδὺς, *suavis*: τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδέϊ, ἡδεῖ· οἱ & ὦ ἡδέες, ἡδεῖς· τοὺς ἡδέας, ἡδεῖς. Sic ὁ ὀξὺς, *acutus*: ὁ δριμὺς, *acerbus*; similiáque. Sed horum neutra pluralia non contrahuntur.

Illa in υς, υος, contrahuntur in Nominativo, Accusativo, & Vocativo Pluralis: ὁ βότρυς, *racemus*, τοῦ βότρυος, οἱ & ὦ βότρυες, τοὺς βότρυας, βότρυς, semper facta Crasi in υ. Sic ὁ νέκυς, *mortuus*: ὁ στάχυς, *spica*: ὁ ἰχθὺς, *piscis*; ἡ ἄρκυς, *rete*.

Imparisyllaba in ους similiter contrahuntur in tribus illis casibus Pluralis: ὁ βοῦς, τοῦ βοὸς, *bos*: οἱ & ὦ βόες, βοῦς· τοὺς βόας, βοῦς.

Comparativa in ων contrahuntur in Accusativo Singularis Communis generis, & tribus casibus Pluralis in omni genere, Nominativo, Accusativo, & Vocativo: priùs autem eliditur ν, ac deinde fit Crasis ex ο, & sequente vocali: ὁ καὶ ἡ μείζων, *major*: τοῦ καὶ τῆς μείζονος· τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω· οἱ, αἱ, καὶ ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους· τοὺς καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους· (non μείζως, ut τοὺς βόας, βοῦς, non βῶς: quòd Accusativus Pluralis quintæ Declinationis semper contrahatur, ut Nominativus) τὰ & ὦ μείζονα, μείζοα, μείζω [b].

[a] In plurativo etiam Isocrates in Oratione panegyricâ, ferè in medio, p. 139. dixit τὰ ἴδια ἄστη, pro ἄστεα. Similéq; ab adjectivo neutro τὸ ἥμισυ, dimidium, est τὰ ἡμίση· ut apud Aristotelem lib. 6, cap. 10, Metaph. εἰς τὰ ἡμίση, in dimidia.

[b] Etiam Syncope hic se offert. Ut ὁ χερείων, deterior, Dativ. χερείονι, χέρει, & ει in η verso, χέρηι. Iliad. α. ὕσu 80, ἀνδρὶ χέρηι, viro deteriori. Itidem χέρηα legas, pro χερείονα. Odyss. σ, ὕσ.228.

ANOMALA GENERE[a].

Tertiæ declinationis, vel quintæ.

Singulariter Masc. sunt, ὁ δεσμὸς, *vinculum*: ὁ δίφρος, *biga*: ὁ ἐρετμὸς, *remus*: ὁ ζυγὸς, *jugum*: ὁ κύκλος, *circulus*: ὁ λύχνος, *lucerna*: ὁ μοχλὸς, *vectis*: ὁ νῶτος, *dorsum*: ὁ σταθμὸς, *statio*, *libra*: ὁ τράχηλος, *collum*: ὁ σῖτος, *cibus è frumento*. Pluraliter Neutra, τὰ δεσμὰ, τὰ δίφρα, τὰ ἐρετμὰ, &c. ab inusitatis neutris in ον. Reperimus tamen etiam τοὺς δεσμοὺς, τοὺς κύκλους, τοὺς λύχνους[b].

Sic Fœmininum, ἡ κέλευθος, *via*: & Commune, ὁ καὶ ἡ τάρταρος, *tartarus*. Plural. τὰ κέλευθα, τὰ τάρταρα. Sed invenias & τὰς κελεύθους.

Item Neutrum τὸ στάδιον, *stadium*, facit οἱ στάδιοι· quamvis & τὰ στάδια reperitur.

Hæc fœminina, ἡ γυνὴ, *mulier*: ἡ ὁδὸς, *via*: ἡ πόλις, *civitas*: ἡ χεὶρ, *manus*: in Nominativo, & Accusativo Dualis Numeri, videntur generis Masculini, quia dicitur, τὼ γυναῖκε, τὼ ὁδὼ, τὼ πόλιε, τὼ χεῖρε. Sed verisimilius est, Atticè articulum τὼ cum nonnullis nominibus pro τὰ usurpari[c]: quomodo & legimus, τὼ φύσιε, τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα[d].

Quædam autem istorum etiam τὰ admittunt: quomodo τὰ πόλιε legitur apud Isocratem.

a Quæ genus mutare dicuntur in plurali, olim videntur habuisse geminam terminationem ος, & ον. Quomodo dicitur ὁ δεσμὸς & τὸ δεσμὸν, unde οἱ δεσμοὶ, & τὰ δεσμά. Sic dicimus ὁ βούτυρος, & τὸ βούτυρον, *butyrum*; ὁ γάρος, τὸ γάρον, *garum*; ὁ νῶτος, τὸ νῶτον, *dorsum*; ὁ ἀντίδοτος, τὸ ἀντίδοτον, *antidotum*.

b Apud poëtas etiam est τὰ δόρπα, pro οἱ δόρποι, *cana*. c Quod & Apollonius innuit lib. 2. c. 7. d Imò apud Sophoclem, in Ajace flagell. ℣ſ. 291. observatur τὼ σάλπιγγε apud Euripidem, in Hecubâ ℣ſ. 370; τὼ δόξας apud Synesium, τὼ συμφορᾶς.

Anomala Declinatione.

Quædam ab eadem nominativi terminatione obliquos habent diversæ declinationis. Horum alia sunt primæ, & quintæ: ut, ὁ Δάρης, *Dares*: ὁ μύκης, *fungus*: τοῦ Δάρου, & Δάρητος, τοῦ μύκου, & μύκητος. ὁ Ἄρης, τοῦ Ἄρου, Ἄρητος, vel Ἄρεος, *Mars*. Sic ὁ Θαλῆς, τοῦ Θαλοῦ, & [a] Θάλητος, *Thales*: Χρέμης, τοῦ Χρέμου, & Χρέμητος, *Chremes* [b].

Propria quoque Nomina primæ contractorum habent interdum casus [c] parisyllabos: ὁ Ἀριστοφάνης, τοῦ εος, *Aristophanes*, τὸν Ἀριστοφάνην· & οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος, *annus*: ὁ ἑπτάετης, τοῦ εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας, *septennis*.

Quædam sunt tertiæ, & quintæ: ut, ὁ νοῦς, *mens*, τοῦ νοῦ· vel ὁ νοῦς, τοῦ νοός· ut, ὁ βοῦς, τοῦ βοός, *bos*.

Itidem composita ab ὁ πούς *habent* τοῦ οδος, vel ου· δίπους, τοῦ δίποδος, δίπου, *bipes*. Sic ὁ τρίπους, *tripes*: ὁ ἑπτάπους, *septipes*: ὁ Οἰδίπους, *Oedipus*, quod & ὁ Οἰδιπόδης, τοῦ Οἰδιπόδου [d].

Quædam in ως sunt quartæ, vel quintæ: ut ὁ ἥρως, *heros*: ὁ Μίνως, *Minos*: ὁ κάλως, *funis*, *rudens*: τοῦ ωος, aut τοῦ ω. Sic ὁ γέλως, *risus*: ὁ ἔρως, *amor*: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω.

Sunt alia, quæ, pro diversa nominativi terminatione, diversimodè declinentur. Ut quando à Genitivo imparisyllabo formatur Nomina-

a Nisi magis placet à Θάλης, esse Θάλητος à Θαλῆς vero esse Θαλοῦ quod censet Aristophanis Scholiastes.

b Ab hac diversitate Græcorum Latini quoque variè dicunt: Daris, & Daretis, Dari & Dareti, Darem & Daretem vel Dareta, ô Dares, vel Dare. Sic hujus Chremetis, & Chremis.

c Præcipuè in Accusativo. Unde τὸν Διογένην, Δημοσθένην, Σωκράτην. Ac similiter reperias Ἡρακλῆν ab Ἡρακλῆς. In vocativo ὦ Σωκράτη. Ac similiter Latini etiam dicunt *ô Socrate*, ut Cicero in Protagora, teste Prisciano in 6.

d Hinc & Latinis *Oedipi*, & *Oedipodis*; *Polypi*, & *Polypodis*.

nativus, qui declinatur parisyllabè. ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος· unde ὁ ἑπταπόδης, τοῦ ἑπταπόδου, *septipes*: ὁ μάρτυρ, τοῦ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου, *testis*: ὁ ψίθυρ, τοῦ ψίθυρος, ὁ ψίθυρος, τοῦ ψιθύρου, *susurro*.

Aliàs quoque diversus est Nominativus: ut ὁ μάκαρ, τοῦ μάκαρος, *beatus*: vel ὁ μάκαρς, τοῦ μάκαρτος, vel ὁ μακάριος, τοῦ μακαρίου. Sic τὸ δάκρυ, τοῦ δάκρυος, & τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lacryma*.

Ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ, vel ὁ Μωσεύς, τοῦ Μωσέος· quod etiam per υ scribitur, Μωϋσῆς, Μωϋσεύς, *Moses*.

Τὸ γόνυ, *genu*, τοῦ γόνυος, & metathesi γουνός· item τοῦ γόνατος [a]. Unde plurali γόνατα, & per epenthesin γούνατα [b].

Τὸ δόρυ, *lignum*, *hasta*, τοῦ δόρυος, & per metathesin τοῦ δουρός [c]· item τοῦ δόρατος, & per epenthesin τοῦ δούρατος [d].

Ὁ υἱός, τοῦ υἱοῦ· ὁ υἷς, τοῦ υἷος, ὗος· ὁ υἱεύς, τοῦ υἱέως, *filius*.

Ὁ λάας, *lapis*, τοῦ λάαος, & crasi λᾶος· ὁ λᾶας, τοῦ λάου, vel λάα· & ὁ λᾶς, τοῦ λᾶος· & similia non pauca.

Genitivus quoque interdum varius est ejusdem Nominativi: ἡ χείρ, *manus*, τῆς χειρός, & Poëticè χερός· unde receptus Dativus Pluralis ταῖς χερσί, & Genitivus Dualis ταῖν χεροῖν.

Quandoque casus partim sumuntur ab uno, partim

a In prosa præcipuè. Vulgò aiunt, γόνατος esse à γόνας: analogicè quidem, sed non arbitror, rectum hunc uspiam inveniri.

b Pro quo & γοῦνα dicitur, sive per μετάθεσιν ex γόνυα, sive per syncopen ex γούνατα.

c Ut dativo δουρί, & poëticè δορί.

d Unde in plurali δούρατα, & per syncopen δοῦρα. A δούρατα est δουράτεος· à δοῦρα, ὁ δούρειος, & ὁ δούρεος, *ligneus*. Vulgò τὰ δόρατα censent à recto τὸ δόρας, ut τὰ δούρατα à τὸ δούρας. Sed non puto, τὸ δόρας, vel τὸ δούρας, alibi, quàm apud Grammaticos, inveniri.

partim ab alio: ut ἡ γυναιξ, inusitatum: pro quo ἡ γυνὴ, *mulier*, τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν γυναῖκα, ὦ γύναι, sine ξ· ut quandoque ὦ ἄνα, ab ὁ ἄναξ, *rex*. Sic τὸ γάλα, *lac*: τοῦ γάλακτος, ab inusitato γάλαξ. Nam tria, ὁ ἄναξ, ἡ νὺξ, & τὸ γάλαξ, *rex, nox, lac*, Genitivum habent in κτος, pleonasmo literæ τ, τοῦ ἄνακτος, τῆς νυκτὸς, τοῦ γάλακτος.

Ὁ Ζεὺς, *Iupiter*, τοῦ Διὸς, τῷ Διὶ, τὸν Δία, à Nom. Δὶς, Vocat. ὦ Ζεῦ. Poëticè etiam ὁ Ζὴν [a], τοῦ Ζηνὸς, τῷ Ζηνὶ, τὸν Ζῆνα.

Neutra quædam in αρ Genitivum habent in ατος, ab inusitatis Nominibus in ας ut, τὸ ἧπαρ, τοῦ ἥπατος, *jecur*: ab ἧπας. Sic τὸ ἦμαρ, *dies*: τὸ εἶδαρ, *esca*: τὸ φρέαρ, *puteus*: τὸ στέαρ, *adeps*: τὸ δέλεαρ, *esca*, *illecebra*: τὸ ὄνειαρ, *utilitas, cibi, pecunia*: τὸ οὖθαρ, *uber, mamma in bestiis*: τὸ κάρεαρ, *caput*. Adde his τὸ σκῶρ, *merda*, τοῦ σκατὸς· τὸ ὕδωρ, *aqua*, τοῦ ὕδατος [b]· conversis ω in α. Pro ὕδωρ Poëticè dicunt τὸ ὕδος, τοῦ ὕδεος.

Ἡ δάμαρ, *uxor*, facit τῆς δάμαρτος, ab inusitato δάμαρς.

a Sic τὸν Δία dictum volunt Grammatici παρὰ τὸ τὸ ζῆν αἴτιον εἶναι. Cęterùm pro Ζὴν etiam dicitur ὁ Ζὴς, vel Ζας· unde accusativi τὸν Ζῶν, vel τὸν Ζᾶν. Imò Bœoticè etiam pro Ζεὺς, dicitur Δεὺς & Δὼ, ac Δὰν, pro Ζὼ, ac Ζάν.

b Tamquam ab ὕδας, ut τοῦ φρέατος, tamquam à φρέας· τὸ ἦμαρ verò tenuatum Eusthatius μεταφηματισθῆναι vult ab ἡμέρα, ut τὸ ἦδος, *suavitas*, mutato etiam spiritu, ab ἡδονὴ Æoles formant.

Τὸ οὖς, *auris*, τοῦ ὠτὸς, ου in ω mutato: ut superiùs dictum *.

* pag. 24.

Habet & anomalia locum in adjectivis. Ut, ὁ πολὺς, *multus*, τὸν πολὺν· & Neutrum τὸ πολύ. Reliquos omnes casus [c] in quovis Genere, ac Numero, sumit ab inusitato Nominativo πολλός· ut, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ· ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ·

c Nempe in lingua Communi. Nam Iones, Dores, & Poëtæ, usurpant πολλὸς in omni genere, & casu. Ac similiter iidem dicunt μεγάλος pro μέγας.

πολῇ· & sic deinceps. Sed poëtæ πολὺς integrè flectunt, ut ἡδύς· unde πολέες, πολέων, &c.

Ὁ μέγας, *magnus*, τὸν μέγαν, & Neutrum τὸ μέγα. Cetera omnia, per tria Genera, & totidem Numeros, accipiuntur ab insitato Nomine μεγάλος [a]· ut, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ [b]· ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης, & reliqua.

Quædam declinantur, nec tamen ad ullam superiorum declinationum [c] possunt referri: ut, monosyllaba circumflexa [d] in ῆς, quæ Genitivum formant ablato σ· ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ, *Dres*: ὁ Τρῆς, τοῦ Τρῆ, *Tres*. Sic dissyllabum ὁ Ποδῆς [e], τοῦ Ποδῆ, *Podes*.

Idem faciunt Diminutiva circumflexa in οῦς· ὁ Καμοῦς, τοῦ Καμοῦ, τῷ Καμοῦ, τὸν Καμοῦν, *Camylus*: ὁ Διονοῦς, *Bacchulus*: ὁ Κλαυσοῦς, *Clausylus*. Quæ peculiare hoc habent, quòd Dativus singularis non desinat in ι.

Sic ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, *Iesus*.

Quædam destituuntur numero singulari: ut festorum nomina: velut, Διονύσια, *Liberalia*: Βουφόνια, *Boalia*: Παναθήναια, *Quinquatria*, &c.

Item nonnullæ urbium appellationes: ut, αἱ Θῆβαι, *Thebæ*: αἱ Ἀθῆναι, *Athenæ*: τὰ Μέγαρα, *Megara*.

Adhæc alia quædam: ut, τὰ ἄλφιτα pro *victu* [f]: τὰ ἐπιτίμια, *mulcta*, *pœna*, &c.

Duali,

[a] Apollonius lib. 11, Sect. 6, ait, μεγάλος, πολλός, ὕδας, γυναιξ, non omnino intercidisse, quia, etsi non reperiantur eo casu, inveniantur tamen in obliquis.

[b] Æschylus usurpat τὸ ὦ μεγάλε.

[c] Nisi placet, hæc esse primæ. Nam, ut primæ est, Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ· sic primæ sit

[d] ὁ Τρῆς, τοῦ Τρῆ. Utrobique genitivus fit ablato σ nominativi. Sic ab Ἀπελλέας, Ἀπελλῆς, formant non solùm Ἀπελλέου, Ἀπελλοῦ, sed etiam Ἀπελλῆ. Cujusmodi contracta sunt ex έης.

[e] Ita Gaza. Sed Priscianus, lib. 6. scribit Πόδης, & parisyllabè inflectit: ut, quod in accusativo dicat habere Πόδην, & Πόδητα.

[f] Nam pro *farina hordeacea* habet singularem.

Duali, & plurali, vel carent, vel rariùs inveniuntur: ἡ γῆ[a], *terra*: ὁ ἀὴρ, *aër*: τὸ πῦρ, *ignis*: τὸ ἔλαιον, *oleum*: ἡ ἅλς, *mare*.

Quædam eâdem terminatione per omnes casus efferuntur[b], ut sunt:

I. Nomina literarum[c]: ut, τοῦ γ, τῷ δ. Legitur tamen τὰ σίγματα, τῶν σιγμάτων[d].

II. Materialiter posita: ut, ἡ πρoτέρα τοῦ λόγος, *prior syllaba vocis* λόγος.

III. Peregrina: ut, ὁ Ἀδὰμ, Ἀβραὰμ, Ἰακώβ.

Præterea nec variantur, quæ mutilantur per apocopen: ut, τὸ δῶ, pro τὸ δῶμα, *domus*: τὸ κάρα, vel κάρη pro τὸ κάρηνον, *caput*. Eurip. Med. versu 1371, circa finem. σῷ κάρα, *tuo capiti*[e].

Quædam in paucis duntaxat casibus inveniuntur: unde vocantur ὀλιγόπτωτα· ut, οἱ φθοῖς, ex φθόϊες· & τοὺς φθοῖς, ex φθόϊας, *placentæ genus, ex siligine, & caseo cribrato*.

Sic triptoton. Gen. ἀλλήλων. Dativ. ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, ἀλλήλοις. Accus. ἀλλήλους, ἀλλήλας, ἄλληλα. Quod in duali exponitur, *alter alterius*: in plurali, *alius aliorum*, *alii aliorum*, *inter se mutuò*.

Genitivo, & dativo, destituuntur hæc neutra: τὸ δέμας, *corpus*: τὸ σέλας, *fulgor*: τὸ λέπας, *rupes, promontorium*: τὸ ἦδος, *suavitas*: τὸ ὄφελος, *utilitas*: τὸ βρέτας[f], *simulacrū*: τὸ ὄναρ, *somnium*[g].

DE

a ἡ γῆ. apud Aristot. est, in probl. sectione 23. Γαιάων, apud Hom.

b Hujusmodi vocant ἄκλιτα, *indeclinabilia*. Sunt & voces bestiarum: ut, κοῒ, *vox suilla*: aut inanimorum; ut, θρεττανελὸ, *sonus citharæ*. Ἄκλιτον quoque νάφθα, *flos bituminis Babylonici*. Ac numeralia à quinario usque ad centenarium: de quibus postea. Sæpe etiam ἄκλιτον est δύο· & pronomen δεῖνα· ut postea dicetur.

c Epitheta tamen literarū declinantur: ut, ψιλὸν, μικρὸν, μέγα.

d Illo usus Xenophon, 4 Hell. hoc Plato Comicus.

e Item quæ extenduntur per paragogen: ut ἑτέρηφι, pro ἑτέρᾳ, *altera*. Et voces be-

f Apud Hesychium tamen est βρέτεϊ. exponitúrque, ἀπεικονίσματι.

g Sic Doricum τὸ κρῆς, pro κρέας, *caro*: τὸ ὖς,

DE VARIATIONE ADJECTIVORUM per genera [a], quam Motionem vocant.

TERTIÆ Declinationis Masculini in ος puri, aut ρος, Fœmininum est α non puri, η· Neutrum autem est ον· ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *sanctus, a, um*: ὁ ἀνθηρός, ἡ ἀνθηρά, τὸ ἀνθηρόν, *floridus, a, um*: ὁ καλός, ἡ καλή, τὸ καλόν, *pulcher, a, um*. Excipe, ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη, per η, *octavus, a*: item, ὁ ἁπλόος, ὁ ἁπλόη, *simplex*: & reliqua à πλόος composita. Ex neutris excipi ἄλλος, *alius*, & pauca alia, quæ ν abjiciant, superiùs diximus.

τὸ ἄς, αὐτῷ; cujus, ut suprà dictum est, genitivus est τ̃ αὐτός· dativus τῷ αὐτῷ, quasi ab ὤς, quod Doricum foret, ut ὤν, pro ὄν dicimus. Etiam huc referre possis τὸ σκῶρ, *merda*; & τὸ ὕδωρ, *aqua*; quorum genitivi τ̃ σκατός, & τ̃ ὕδατος, videntur aliunde esse. *a* Variatio per tria genera vocatur τριγένεια, ut nomen sic variatum τριγενής. Sic Apollonius τριγενῆ ὀνόματα, & ὑπὸ τριγένειαν πίπτειν.

Attici ος communiter accipiunt, maximè in compositis, & derivatis: ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, τὸ φιλόσοφον, *sapientiæ studiosus, a, um*: ὁ καὶ ἡ πάμφιλος, τὸ πάμφιλον, *omnibus amicus, a, um*: ὁ καὶ ἡ κόσμιος, τὸ κόσμιον, *ornatus, moderatus, a, um*: ὁ καὶ ἡ φρόνιμος, τὸ φρόνιμον, *prudens*.

Quartæ Declinationis Commune ως, Neutrum ων· ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων, *fertilis, fertile*.

Quinctæ commune ην, τὸ εν· ὁ καὶ ἡ τέρην [b], τὸ τέρεν, *tener, a, um*: ὁ καὶ ἡ ἄρσην, τὸ ἄρσεν, *masculus, a, um*. Sed pro ἡ τέρην etiam τέρεινα dicitur.

Com-

b Attamen ἡ τέρην nusquam, nisi apud Grammaticos, occurrit: ut tutiùs dicas, ἡ τέρεινα· quomodo apud Euripidem in Medeâ, versu 905, est, τέρεινα ὄψις, *tener adspectus*.

Commune ων, Neutrum ον· ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον, *felix*. Sic comparativa, ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον, *major, majus*.

At masculinum ων, facit ουσα, ον· ut participia: ὁ τύπτων, ἡ τύπτουσα, τὸ τύπτον, *verberans*.

Ο᾽ ἑκὼν, *lubens*, habet ἡ ἑκοῦσα, τὸ ἑκόν· sed compositum ejus ὁ ἄκων, *invitus*, ἡ ἄκουσα, τὸ ἄκον.

Masculinum ας, Fœmininum αινα, Neutrum αν· ὁ μέλας, *niger*: ὁ τάλας, *miser*: ἡ μέλαινα, *nigra*; ἡ τάλαινα, *misera*: τὸ μέλαν, *nigrum*; τὸ τάλαν, *miserum*. Excipe, ὁ μέγας, *magnus*: ἡ μεγάλη, τὸ μέγα· de quo antea dictum. Et ὁ πᾶς, *omnis*, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, *omne*: sic composita, ὁ ἅπας, ὁ σύμπας, *universus*. Item participia in ας· ut ὁ τύψας, ἡ τύψασα, τὸ τύψαν, *qui verberavit*: ὁ ἱστὰς, ἡ ἱστᾶσα, τὸ ἱστὰν, *statuens, sistens*.

Commune ης[a], τὸ ες· ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, *verus, a, um*.

Commune ις compositum, τὸ ι· ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratiosus*: φιλόπατρις, *studiosus patriæ*: τὸ εὔχαρι, *gratiosum*: φιλόπατρι, *studiosum patriæ*.

Masculin. υς· ἡ εια, τὸ υ· ὁ γλυκὺς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκὺ, *dulcis*. Sic ὁ ὀξὺς, *celer*: ὁ ἥμισυς, *dimidius*. Excipe, ὁ πολὺς, *multus*: de quo in heteroclitis.

Commune υς, τὸ υ· ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, *non lacrymans*.

Ως participiorum, ἡ υῖα, τὸ ὸς· ut, ὁ τετυφὼς, *qui verberavit*, ἡ τετυφυῖα, τὸ τετυφὸς· sic ὁ τετυπὼς, υῖα, ός[b].

Masculin. ὁ εις, ἡ εσσα, τὸ εν· ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratiosus, a, um*. Excipe, εἷς, μία, ἓν,

[a] Sed ἧς contractum facit ῆσσα, ῶν· ut à τιμήεις, τιμήεσσα, τιμῆεν, est τιμῆς, τιμῆσσα, τιμῶν, *honoratus, pretiosus*.

[b] De ἱστὼς vide infra in verbo ἵστημι.

ἐν, cum compositis: & participia in εἰς, quæ faciunt, εῖσα, έν· ὁ τυφθεὶς, ἡ τυφθεῖσα, τὸ τυφθὲν, qui vapulavit: ὁ τιθεὶς, ἡ τιθεῖσα, τὸ τιθὲν, ponens.

Commune ους [a], τὸ ουν· ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, *multipes*: ὁ καὶ ἡ εὔνους, τὸ εὔνουν, *benevolus, a, um*.

Quidam*, ſimilitudine linguæ Latinæ decepti, ſtatuunt aliqua omnis generis ſub una terminatione. Cujuſmodi eſſe aiunt, ὁ, καὶ ἡ, & τὸ ἅρπαξ, *rapax*: item, ὁ, ἡ, τὸ μάκαρ, *beatus, a, um*. Sed pro τὸ ἅρπαξ dicendum τὸ ἁρπακτικόν· pro τὸ μάκαρ, τὸ εὔδαιμον. Imò in fœminino quoque legas μάκαιρα apud Orpheum, ſive Onomacritum. Quare iis accedimus, qui nulla unius terminationis adjectiva agnoſcunt.

[a] Sed contractum οῦς, facit οῦσσα, οῦν. ut, ab ὁ μελιτόεις, όεσσα, όεν, eſt, ὁ μελιτοῦς, ἡ μελιτοῦσσα, τὸ μελιτοῦν· *melleus, a, um*.

* In his Clenardus.

DE FORMATIONE SEU MOTIONE *Subſtantivorum*.

FOEMININA etiam ducuntur à ſubſtantivis, ad diſcernendum ſexum.

A prima quidem declinatione profecta exeunt in τις· ut,

ὁ προφήτης, *propheta*; ἡ προφῆτις, *quæ prædicit futura*, vulgò *prophetiſſa*.
ὁ προστάτης, *præfectus*; ἡ προστάτις, *præfecta*.
ὁ παρακοίτης, *maritus*; ἡ παράκοιτις, *uxor*.
ὁ Σκύθης, *Scytha*; ἡ Σκυθὶς, *mulier è Scythia*, &c.

Vel in τεια· ut,

ὁ ψάλτης, *pſallere doctus*; ἡ ψάλτεια, *pſaltria*.
ὁ ποιητὴς, *poëta*; ἡ ποιήτεια, *poëtria*.

Vel in τρὶς, quomodo ab ὁ αὐλητὴς, *tibicen*, eſt ἡ αὐλητρὶς, *tibicina*. Pro quo & ἡ αὐλήτρια dicitur.

Ab ὁ

Ab ὁ δεσπότης, *dominus*, ἡ δεσπότις est, & ἡ δέσποινα, *domina*.

Ab ὁ ἰχθυοπώλης, *piscium venditor*, quoque est ἡ ἰχθυοπώλαινα, *quæ pisces vendit*.

Hæc terminatio in αινα locum etiam habet in iis, quæ veniunt à tertia declinatione. Ut:

ὁ λύκος, *lupus*; ἡ λύκαινα, *lupa*.

ὁ σκορπίος, *scorpius*; ἡ σκόρπαινα, *scorpæna, piscis*.

Aliàs desinunt in η, vel α· ut,

ὁ δοῦλος, *servus*; ἡ δούλη, *serva*.

ὁ θεός [a], *Deus*; ἡ θεά, quod & poëticè θέαινα, *dea*.

Vel in ις· ut,

ὁ ἀμνός, *agnus*; ἡ ἀμνίς, *agna*.

ὁ κυνηγός, *venator*; ἡ κυνηγίς, *venatrix*.

Quæ veniunt à quinta, desinunt fere in αινα. Ut quorum masculina in ων exeunt.

ὁ τέκτων, *faber*; ἡ τέκταινα, *fabricatrix*.

ὁ θεράπων, vel θέραψ, *famulus*; ἡ θεράπαινα, quod & θεραπαινίς, *famula*.

ὁ Λάκων, *Lacon, Spartanus*; ἡ Λάκαινα, *Lacæna*.

ὁ λέων, *leo*; ἡ λέαινα, *leæna*.

ὁ δράκων, *draco mas*; ἡ δράκαινα, *draco fœmina*, &c.

Vel in ασα· ut quorum masculina desinunt in ξ, ψ, vel ς [b].

Ὁ ἄναξ, *rex, dominus*; ἡ ἄνασσα, *regina, regis uxor, soror, aut filia*.

Ὁ φάψ, *palumbus*; ἡ φάσσα, & Atticè φάττα, *palumba*.

ὁ βασιλεύς, *rex*; ἡ βασίλισσα, *regina* [c].

[a] Quod poëtis est generis communis.

[b] Ab αξ, vel αψ, est ασσα· ab ηξ, vel ης, ησσα· ab ιξ, ευς, ισσα· ab υς, υσσα.

[c] Quæ & βασιλίς imò & βασίλεια, idque, ut puto, ἀναλογώτερον, cùm simile sit, ac ἱερεύς, ἱέρεια, de quo mox: ceterùm Menandri quoque est βασίλιννα.

ὁ πένης, *pauper*; ἡ πένησσα, *pauper aliqua.*

Et gentilia multa, ut:

ὁ Θρᾶξ [a], *Thrax*;	ἡ Θρῇσσα, *Thressa.*
ὁ Κρής, *Cretensis*;	ἡ Κρῆσσα, *Cressa.*
ὁ Φοῖνιξ, *Phœnix*;	ἡ Φοίνισσα, *Phœnissa.*
ὁ Κίλιξ, *Cilix*;	ἡ Κίλισσα, *Cilissa.*
ὁ Λίβυς, *Libys*;	ἡ Λίβυσσα, *Libyssa.*

[a] Vel potius ὁ Θρῆξ. Nam Θρᾴιξ, Θρᾷξ, Ionice Θρηϊξ, Θρῆξ unde ἡ Θρῇσσα.

Quædam etiam desinunt in εια ab ευς, vel ειρα ab ηρ, ut:

ὁ ἱερεύς, *sacerdos mas*;	ἡ ἱέρεια, *sacerdos fœmina.*
ὁ σωτήρ, *servator*;	ἡ σώτειρα, *servatrix.*
ὁ ὀλετήρ, *interemtor*;	ἡ ὀλέτειρα, *interemtrix.*

Sic poëtica.

ὁ πρέσβυς, *senex*;	ἡ πρέσβειρα, *vetula.*
ὁ δοτήρ, *dator*;	ἡ δότειρα, *datrix.*

Nisi malis hoc esse à δότης.

Ab ἔχις, *vipera mas*, est, ἔχιδνα, *vipera fœmina.*

GRADUS COMPARATIONIS.

COmparatio, alia regularis est, alia irregularis. Regularis est nominum exeuntium in ας, ης, ος, υς, εις, ους, & ων.

Comparativus masculinus est in τερος. Superlativus in τατος. Quâ ratione verò, aut litera tollatur, aut vocalis permutetur, planum est ex sequentibus exemplis.

ας· ὁ μέλας, μελάντερος, μελάντατος, *niger, nigrior, nigerrimus*: à neutro in αν, addendo τερος, & τατος.

ης· ὁ εὐσεβής, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, *pius, magis pius, piissimus*: à neutro in ες.

ὁ ἔνδοξος, *gloriosus*, ἐνδοξότερος, *gloriosior*, ἐνδοξότατος, *gloriosissimus*.
ὁ πρᾶος, *mitis*, πρᾳότερος, *mitior*, πρᾳότατος, *mitissimus*.
ος { ὁ σοφὸς, *sapiens*, σοφώτερος, *sapientior*, σοφώτατος, *sapientissimus*. Formantur à positivo, permutando ς in τερος, & τατος.

υς· ὁ εὐρὺς, *latus*, εὐρύτερος, *latior*, εὐρύτατος, *latissimus*: à neutro in υ.

εις· ὁ χαρίεις, *gratiosus*, χαριέστερος, *magis gratiosus*, χαριέστατος, *maximè gratiosus*: à masculino εις, eliso ι.

ους· ὁ ἁπλοῦς, *simplex*, ἁπλούστερος, *simplicior*, ἁπλούστατος, *simplicissimus*: à positivo in ους.

ων· ὁ σώφρων, *modestus*, σωφρονέστερος, *modestior*, σωφρονέστατος, *modestissimus*: à nominativo plurali in ες [a].

Ex ος, præcedente longâ vocali, vel naturâ, vel positione, fit ότερος, & ότατος, per ο μικρὸν· ut, ὁ ἔνδοξος, *gloriosus*, πρᾶος, *mitis*. Alioqui si præit brevis, per ώτερος, & ώτατος, per ω· ut, ὁ σοφὸς, *sapiens*. At ὁ κενὸς, *vacuus*, κενότερος, *magis vacuus*, κενότατος, *vacuissimus*: ὁ στενὸς, *angustus*, στενότερος, *angustior*, στενότατος, *angustissimus*. Reperitur tamen quoque κενώτερον, & στενώτερον [b].
Quædam etiam, præcedente ancipiti, utramque habent vocalem: ut, ὁ ἴσος, *æqualis*, ἰσότερος, vel ἰσώτερος, *æqualior*: ὁ ἱκανὸς, *aptus*, ἱκανότερος, vel ἱκανώτερος, *magis aptus*.

Per syncopen ab ὁ πορφύρεος, *purpureus*, est πορ-

D

[a] Septem hic memoratis terminationibus addunt aliqui octavam αρ· ut ὁ μάκαρ, *beatus*, unde μακάρτερος, *beatior*, μακάρτατος, *beatissimus*.

[b] Imo sic meliores codices: ut omnino tutius ita scribatur.

πορφυρώτερ☉, pro πορφυρεώτερ☉, *magis purpureus*: quæ syncope & in aliis invenitur.

Eorum, quæ irregulariter comparantur, alia propiùs, alia longiùs, ab analogis recedunt.

Propiùs illa in ος, quæ comparantur per ίων, & ις☉. Ut,

Ὁ καλὸς, *pulcher*, καλλίων [a], *pulchrior*, κάλλις☉, *pulcherrimus*.

Ὁ αἰσχρὸς, *turpis*, αἰσχίων, *turpior*, eliso ρ, αἴσχις☉, *turpissimus*. Sic,

Ὁ οἰκτρὸς, *miserabilis*, οἰκτίων, *miserabilior*, οἴκτις☉, *miserabilissimus*.

Ὁ ἐχθρὸς, *inimicus*, ἐχθίων, *inimicior*, ἔχθις☉, *inimicissimus*.

Ὁ ῥάδιος [b], *facilis*, eliso δ [c], ῥαΐων, *facilior*, ῥᾷϊς☉, *facillimus*;

& per synæresin, ῥάων, ῥᾷς☉.

Hæc etiam ὀξύτονα in ύς· ὁ βαθὺς, *profundus*: ὁ βραδὺς, *tardus*: ὁ γλυκὺς, *dulcis*: ὁ ἡδὺς, *suavis*: ὁ παχὺς, *crassus*: ὁ ταχὺς, *celer*: ὁ ὠκὺς, *velox*: ὁ βραχὺς, *brevis*: habent ύτερ☉, & ύτατ☉, vel ίων & ις☉· ut, ὁ βαθὺς, βαθύτερ☉, βαθύτατ☉, & βαθίων, βάθις☉, *profundior*, *profundissimus*. Porrò etiam in ίων eliditur ι, ac præcedens consona mutatur in σσ [d]· ut, βαθίων, βάσσων· ταχίων, θάσσων [e], *celerior*: παχίων, πάσσων, *crassior*: γλυκίων, γλύσσων, *dulcior*.

Propiùs item ad analoga accedunt, quæ faciunt ίστερ☉, & ίστατ☉· ut,

Ὁ λάλ☉, *loquax*; λαλίστερ☉, *loquacior*, λαλίστατ☉, *loquacissimus*.

Quo-

[a] Quasi à καλλὺς.

[b] Ionicè ῥηΐδι☉.

[c] Similiter à μακρὸς, *longus*, eliso ρ, fit μακίων, *longior*, μήκιστος, *longissimus*. ubi & α in η convertitur. Vel est à subst. τὸ μῆκ☉, *longitudo*.

[d] Atticè in ττ.

[e] Per θ, quia periit mediæ syllabæ adspirata.

Quomodo & alia multa ab Atticis comparantur: ut,

Ὁ λάγνος, *libidinosus*; λαγνίστερος, *libidinosior*, λαγνίστατος, *libidinosissimus*.

Ὁ ὀλίγος, *paucus*; ὀλιγίστερος, *paucior*; ὀλιγίστατος [a], *paucissimus*.

Ὁ ἀλαζὼν, *superbus*; ἀλαζονίστερος, *superbior*, ἀλαζονίστατος, *superbissimus*.

Sic ab ὁ πτωχὸς, *mendicus*, πτωχίστατος, *mendicissimus*.

ab ὁ βλὰξ, *stupidus*, βλακίστατος, *stupidissimus*.

ab ὁ ὀψοφάγος, *opsoniorum amans*, ὀψοφαγίστατος, *opsoniorum amantissimus*.

Iidem Attici dicunt,

ab ὁ ἀκρατὴς, *intemperans*, ἀκρατίστατος, *intemperantissimus*.

ab ὁ ψευδὴς, *mendax*, ψευδίστατος, *mendacissimus*.

Quædam etiam iidem Attici, atque item Iones, efferunt per έστερος, & έστατος· ut,

Ὁ σπουδαῖος, *studiosus*, σπουδαιέστερος, *studiosior*, σπουδαιέστατος, *studiosissimus*.

Ὁ ἄφθονος, *invidiæ expers*, *largus*, ἀφθονέστερος, *invidiæ magis expers*, *largior*, ἀφθονέστατος [b], *invidiæ maximè expers*, *largissimus*.

Ὁ ἄκρατος, *merus*, *non mixtus*, ἀκρατέστερος, *minùs mixtus*, ἀκρατέστατος, *minimè mixtus*.

Sic ὁ ἀνιηρὸς, *mœrorem adferens*: ὁ ἄμορφος, *deformis*: ὁ δίκαιος, *justus*: ὁ ἀρχαῖος, *antiquus*.

Atticè etiam quædam, in αιος, faciunt αίτερος, & αίτατος, per syncopen: ut, ὁ παλαιὸς, *vetus*,

[a] Quod & ὀλίγος. Etiā à τερπνὸς, *jucundus*, non tantum est τερπνότατος, sed etiam τέρπιστος.

[b] Ἀφθονέστατον est apud Eupolium, similéque λωονέστερον apud Pindarum, Ode 2 Olympiorū, πρoθυμέστερον apud Apolloniū, lib. 4, περὶ συντάξ.

tus,

tus, *παλαίτερος*, *παλαίτατος*. Sic ὁ *γεραιὸς*, *senex*: ὁ *σχολαῖος*, *tardus*: & alia quædam.

Imò in aliis & extra syncopen hoc fit: Ut ὁ *ἴδιος*, *proprius*, *ἰδιαίτερος*, *magis proprius*, *ἰδιαίτατος*, *maximè proprius*. Sic ὁ *ἥσυχος*, *quietus*: ὁ *ἴσος*, *æqualis*: ὁ *μέσος*, *medius*: ὁ *πλησίος*, *propinquus*: ὁ *ὄψιος*, *serus*.

Oʹ *φίλος*, *amicus*, facit *φίλτερος*, *magis amicus*, *φίλτατος*, *amicissimus*, per syncopen: pro *φιλώτερος*, *φιλώτατος*· poëticè *φίλιστος*· Atticè etiam *φιλαίτερος*, *φιλαίτατος*.

Est & ab ὁ *πέπων*, *maturus*, *πεπαίτερος*, *maturior*, *πεπαίτατος*, *maturissimus*.

Sunt verò alia adjectiva, quæ longiùs ab analogia recedant. Ut,

Oʹ *ἀγαθὸς*, *bonus*, *ἀμείνων*, *melior*, unde nullus superlativus;

βέλτερος, vel		βέλτιστος,	
βελτίων [a],		κράτιστος,	
κρείσσων [b],	*melior*;	ἄριστος,	*optimus*.
ἀρείων [c],		λῷστος,	
λωΐων [d],			

a Βέλτερος & βελτίων, vel est à βάλλω, *jacio*, vel juxta alios, à βούλομαι, *volo*, ut ab optando *optimus*.

quæ duo poëtica sunt: uti & comparativum ἀρείων. Cæterùm *ἀναλόγως* etiam in superlativo invenitur [e] *ἀγαθώτατος*.

Oʹ κα

b à *κρατὺς*, *fortis*, est *κρατίων*, unde esset *κρείσσων*· sed pro eo dicitur *κρείσσων*, & Atticè *κρείττων*. c Ab Ἄρης, *Mars*, quasi dicas, *magis Martialis*, sive *bellicosior*, vel *fortior*. d à λῶ, quod à θέλω, uti hoc ab ἐθέλω, *volo*, fit *λωΐων*, & *λῷστος*, ut ab optando *optimus*. Synæresi autem dicitur quoque *λῴων*, *λῷστος*. e Apud Josephum, & alios. Sed reprehendit illud Lucianus: uti & *κορυφαιότατος*· cujus positivus *κορυφαῖος* vim habet superlativi, *verticalis*, *eminens*.

Ὁ κακὸς, *malus*, κακίων, χείρων, χερείων, κακώτερος, *pejor*, κάκιςος, χείριςος, *pessimus*.
Item
& poëticè
Invenitur & poëticè

Ὁ μέγας, *magnus*, μείζων [a], *major*, μέγιςος, *maximus*.

Ὁ μικρὸς, *parvus*,
regulariter, μικρότερος, *minor*, μικρότατος, *minimus*.
sed elegantius irregulariter, ἐλάττων [b], ἐλάχιςος.
item in comparativo ἥσσων vel μείων sine superlativo [c].

Ὁ πολὺς, *multus*, πλείων, πλεῖςος [d], *plurimus*.

Etiam à comparativis, & superlativis, descendunt alii comparativi, aut superlativi.

A comparativis: ut à
- λωΐων, *melior*, λωΐτερος.
- μείων, *minor*, μειότερος.
- πρότερος, *prior*, προτεραίτερος.
- ῥάων, *facilior*, ῥαότερον, in neutro genere, Ionicè ῥηΐτερον.
- καλλίων, *pulchrior*, καλλιώτερον.
- χέρειον, *pejus*, χερειότερον, & χειρότερον.

A superlativis: ut à
- χείριςος, *pessimus*, χειριςοτέρη, in fœmin. gen. apud Hippocr.
- κύδιςος, *illustrissimus*, κυδίςατος.
- ἐλάχιςος, *minimus*, ἐλαχιςότερος.
- ἔσχατος [e], *ultimus*, ἐσχατώτατος.

 Fit

a à μέγας est inusitatum μέσων, unde Bœoticum μίζων, ex quo μείζων.
b Ab ὀλίγος, vel ἐλαχὺς, parvus, fit ἐλαχίων, unde ἐλάσσων. Ἐλαχὺς agnoscit Eustathius ex Callimacho. Magis tamen ἀναλόγως, ab ὀλιγὺς fit ἐλαχίων, ut ab ὠκὺς, celer, ὠκίων, celerior.
c Nisi ab ἥσσων, ἥκιςος, à μείων, μεῖςος.
εια· ἡ εὐσέβεια, pietas, ab *ὁ καὶ ἡ εὐσεβὴς, pius*, &: *ἡ δεσποτεία, dominatus*, ab *ὁ δεσπότης, dominus* : *ἡ μοιχεία, adulterium*, ab *ὁ μοιχὸς, adulter*.

ία· ἡ εὐτυχία, felicitas, ab *ὁ καὶ ἡ εὐτυχὴς, felix*: *ἡ ἀτυχία, infelicitas*, ab *ὁ καὶ ἡ ἀτυχὴς, infelix*. Huc refer *οια* ab adjectivis in *ους·* ut, *ἡ εὔνοια, benevolentia*, ab *ὁ εὔνους, benevolus*: *ἡ διάῤῥοια, profluvium*, ab *ἡ διάῤῥους*, quod à *διαῤῥέω, profluo, diffluo*.

ύνη· ut, *ἡ δικαιοσύνη, justitia*, ab *ὁ δίκαιος, justus*: *ἡ σωφροσύνη, temperantia*, ab *ὁ σώφρων, temperans*.

His adde fœminina in *τις, τεὶς*, ac *τειρα*, à masculinis in *τὴς* derivata : de quibus dictum
*p. 46. fuit * in motione substantivorum.

DE VERBALIBUS.

PRoficiſcuntur verbalia à voce activâ, paſſivâ, & mediâ.

Ex activis fiunt, vel à præſenti, vel ab aoriſto ſecundo.

A præſenti veniunt fœminina in η, vel εια, vel ις. Ut, ἡ νίκη, *victoria*, à νικάω, *vinco*: ἡ βασιλεία, *regnum*, à βασιλεύω, *regno*: ἡ δύναμις, *potentia*, à δύναμαι, *poſſum*. Item neutra in ος· ut, τὸ εἶδος, *ſpecies*, ab εἴδω, *video*. Et adjectiva in ης· ut, ὁ καὶ ἡ συνεχὴς, *continuus, a*, à συνέχω, *contineo*.

Ab aoriſto ſecundo ſunt fœminina in η, vel εα· ut, ἡ λάχη, *ſors*, à λαχεῖν, *ſortitum eſſe*: ἡ ἰδέα, *ſpecies*, ab ἰδεῖν, *vidiſſe*. Et neutra in ος· ut, τὸ πάθος, *paſſio*, à παθεῖν, *paſſum eſſe*: τὸ λάχος idem, ab ἡ λάχη, *ſors*, atque ab eâdem origine, nempe à λαγχάνω, *ſortior*. Et adjectiva in ης· ut, ὁ καὶ ἡ ἐλλιπὴς, καὶ τὸ ἐλλιπὲς, *defectus, a, um*, ab ἐλλιπεῖν, *deficere*.

Ex paſſivis formantur à tribus perſonis ſingularibus perfecti paſſivi.

A primâ perſonâ fiunt finita in μα, μη, μος, & μων.

In μα· ut, πέπραγμαι, *egi*, τὸ πρᾶγμα, *actio, negotium*: πέφασμαι, Atticè pro πέφαμμαι, *apparui*, τὸ φάσμα, *viſum*: εἷμαι, *indutus ſum*, ab ἕω, *induo*, τὸ εἷμα, *indumentum*, quod retinet augmentum.

In μη· ut, ὦσμαι, ab ὄζω, *oleo*, ἡ ὀσμὴ, *odor*: κέχασμαι, à χαίνω, *hio*, ἡ χάσμη, *hiatus*: μέμνημαι, à μνάω,

μνάω, *moneo*, ἡ μνήμη, *memoria*. Sic ἡ στιγμὴ, *punctum*: ἡ γραμμὴ, *linea*: ἡ τιμὴ, *honor*: à στίζω, *pungo*: γράφω, *scribo*: τίω, *honoro*.

In μός· ut, ἔψαλμαι, à ψάλλω, *psallo*, ὁ ψαλμὸς, *canticum*, *psalmus*: μεμόλυσμαι, à μολύνω, *inquino*, ὁ μολυσμὸς, *inquinatio*.

In μων· ἔγνωσμαι, à γνόω, *nosco*, ὁ γνώμων, *index*; ἠλέημαι, ab ἐλεέω, *misereor*, ὁ ἐλεήμων, *misericors*.

A secunda fiunt in ις, & ια.

In ις· ut, λέλεξαι, *dictus es*, ἡ λέξις, *dictio*: πεποίησαι, *factus es*, ἡ ποίησις, *poësis*.

In ια· ut, τέθυσαι, *sacrificatus es*, ἡ θυσία, *sacrificium*: δεδοκίμασαι, *exploratus es*, ἡ δοκιμασία, *exploratio*: ἡτοίμασαι, *promtè parasti*, ἡ ἑτοιμασία, *promtitudo*.

Sed imprimis in compositis cum α, εὐ, δυς. Ut, κέκρισαι, *judicatus es*, ἡ ἀκρισία, q. d. *indiscretio*, sive *judicii neglectus*: τέταξαι, *ordinatus es*, ἡ εὐταξία, *ordo decens*: πέπραξαι, *egisti*, *rem gessisti*, ἡ δυσπραξία, *infelicitas in rebus gerendis*.

A verbis nonnullis in αινω descendit utraque terminatio: ut, ab ὑγραίνω, *humecto*, ὕγρανσαι, unde ἡ ὕγρανσις, & ἡ ὑγρασία, *humectatio*: à ξηραίνω, *sicco*, ξήρανσαι, unde ἡ ξήρανσις, & ἡ ξηρασία, *siccatio*: ac similis ratio à θερμαίνω, *calefacio*: φλεγμαίνω, *inflammo*: ἰσχναίνω, *attenuo*.

Ad terminationem σις refer σιος, & σιμος· ut, θαυμάζω, *miror*, τεθαύμασαι, unde ὁ θαυμάσιος, *mirabilis*: ὁράω, *video*, ὥρασαι, unde ὁ ὁράσιμος, *visibilis*.

A ter-

A tertia persona veniunt exeuntia in

τὸς· ut, ὁ ἀκυστὸς, *qui audiri potest*, ab ἀκύω, *audio.*

τὴς· ut, ὁ δικαστὴς, *judex*, à δικάζω, *judico.*

τὴρ· ut, ὁ χαρακτὴρ, *nota insculpta*, à χαράσσω, *sculpo.*

τωρ· ut, ὁ ῥήτωρ, *orator*, ab antiquo ῥέω, *dico.*

Illa in τὸς, nunc activam significationem habent: ut, ὁ συνετὸς, *intelligens*; à συνίημι, *intelligo.*

Nunc passivam, idque sæpius: ut, ὁ ὁρατὸς, *visibilis*; ab ὁράω, *video*: ὁ πεπτὸς, *coctus vel coctibilis* *; à πέπτω, *coquo*: ὁ θετὸς, *positus, adaptatus*; à τίθημι, *pono, adapto.* * Plin. lib. 16, cap. 6.

Interdum & utramque: ut, ὁ δυνατὸς, *potis, & possibilis*; à δύναμαι, *possum.*

Quandoque præter actionem, & passionem, etiam tempus notant: ut, ὁ ἀμητὸς, *messis*, & *messis tempus*[a]; ab ἀμάω, *meto*: ὁ ἀλοητὸς, *tritura*, vel *trituræ tempus*; ab ἀλοάω, *tero.*

In compositione sæpe retrahitur accentus: ut, ὁ ἀόρατος *invisibilis*: ὁ ἀδύνατος, *qui facere, vel fieri non potest*: ὁ δύσπεπτος, *concoctu difficilis*: ὁ σύνθετος, *compositus.*

Terminationi τὴς vicina est τικός. Ut, καθαίρω, *purgo*; ὁ καθαρτὴς, *purgator*; ὁ καθαρτικὸς, *purgandi vim habens.* Sic ὁράω, *video*; ὁ ὁρατὴς, *spectator*; (pro quo tamen potiùs dicitur ὁ θεατὴς·) ὁ ὁρατικὸς, *vim habens videndi.*

A terminatione τὴρ veniunt adjectiva in τήριος,

a Si Hesychio credimus, ὁ ἄμητος, προπαροξυτόνως, *messem significet*; ὁ ἀμητὸς, ὀξυτόνως, *messis tempus*: Eandem volunt esse rationem in ὁ ἄροτος, *aratio*, ὁ ἀροτὸς, *arationis tempus*; ὁ νέατος, *novalis ager*, vel *ipsa telluris renovatio*, ὁ νεατὸς, *tempus renovandi agrum.*

ειϱ, & substantiva in τηεία, & τήειον· ut, σώζω, *servo*, ὁ σωτὴρ, *servator*, ὁ σωτήειος, *salutaris*, ἡ σωτηεία, *salus*: πόω, *bibo*, ὁ ποτὴρ *, *poculum*, aut *mensuræ genus*, τὸ ποτήειον, *poculum*.

* Eurip. in Cyclope, ỳſ. 150; & in Alceste, ỳſ. 755. & Hesych.

A τήειος autem, τηεία, τήειον, κατὰ συγκοπὴν fiunt τρος, τρα, τρον· ac naturam assumunt substantivorum: ut, ὁ ἰατρὸς, *medicus*, velut ὁ ἰατήειος, ab ἰάομαι, *medeor*: ἡ πάλαισρα, *luctæ locus*, à παλαίω, *luctor*: τὸ δίδακτρον, *merces*, *quæ doctori debetur*, à διδάσκω, *doceo*.

Præter terminationes superiores est & τὺς apud poëtas: ut, ὁ ὀρχησὺς, *ars saltandi*, ab ὀρχέομαι, *salto*: ὁ ἐδητὺς, *esus*, ab ἔδω, *edo*.

Etiam à tertia persona formantur illa in έον, quæ Latinorum gerundium exprimunt: ut, γέγραπται, *scriptum est*, γραπτέον, *scribendum est*: λέλεκται, *dictum est*, λεκτέον, *dicendum est*.

Quod si tribus generibus varientur, velut gerundiva fuerint: ut, ὁ γραπτέος, ἡ γραπτέα, τὸ γραπτέον, *scribendus*, *a*, *um*: similiáque adjectiva.

In verbalibus à præterito passivo profectis interdum non servatur vocalis præteriti. Nam & ε in α conversum, hîc redit: ut, τρέφω, *nutrio*, τέθραμμαι, τὸ θρέμμα, *pecus altile*: σπείρω, *semino*, ἔσπαρμαι, τὸ σπέρμα, *semen*. Η quoque interdum mutatur in ε a· ut, εὑρέω, *invenio*, εὕρημαι, τὸ εὕρημα, vel τὸ εὕρεμα, *inventum*: γίνομαι, *fio*, γεγένημαι, ἡ γένεσις, *generatio*: ἀφαιρέω, *aufero*, ἀφήρημαι· unde τὸ ἀφαίρεμα, *quod aufertur*; ἡ ἀφαίρεσις, *ablatio*; ὁ καὶ ἡ ἀναφαίρετος, *qui*, *quæve*, *auferri non potest*..

a Nisi hujusmodi deducere malis à verbis in μι. Vide, quæ inferius, cap. de defectivis, dicentur in verbo ἵημι.

Αφαι-

A φδύγω etiam (unde ὁ φδυκτὸς) pro ὁ ἄφδυκτ@, ablatâ præpositivâ, dicimus ὁ ἄφυκτ@, *inevitabilis*: ut, πέπυκται, pro πέτδυκται, à τδύχω, *paro, fabrico*.

Quandoque & σ exteritur: ut, à γνόω, *nosco*, ἔγνωσται, ὁ γνωτὸς pro γνωστὸς, *cognitu facilis, cognitus*: à χρώω, *coloro*, κέχρωσμαι, unde τὸ χρῶμα, *color*.

Et contrà interdum σ additur: ut, δέδημι, *ligo*, δέδεμαι, ὁ δεσμὸς, *vinculum*. Interdum & alia consonans assumitur. Ut, ὀρχέομαι, *salto*, ὤρχημαι, ὁ ὀρχηθμὸς, *saltatio*: σκαίρω, *salio*, ἔσκαρμαι, ὁ σκαρθμὸς, *saltus*. Sic ὁ αὐχμὸς, *squallor ex siccitate*, ab αὔω, *sicco*. Atque hæc de iis, quæ veniunt à voce passiva.

Ex voce media veniunt verbalia à præterito perfecto: ac sæpiùs desinunt in @, vel η.

@· ut, λέγω, *dico*, λέλογα, *dixi*, ὁ λόγος, *oratio*: λείπω, *linquo*, λέλοιπα, *reliqui*, ὁ λοιπὸς, *reliquus*.

η· ut, τρέφω, *nutrio*, τέτροφα, *nutrivi*, ἡ τροφὴ, *nutrimentum*.

Quædam & utroque modo formant verbalia: ut, à τέμνω, *seco*, τέτομα, *secui*, ὁ τομὸς, *scindens, incidens*, ὁ τόμ@, *pars resecta*, ἡ τομὴ, *sectio, incisio*.

Sed pro η est α, si ρ antecesserit: ut, φθείρω, *corrumpo*, ἔφθορα, *corrupi*, ἡ φθορὰ, *corruptio*: κείρω, *tondeo*, κέκορα, *totondi*, ἡ κουρὰ, *tonsura*, inserto υ.

Formantur quoque ab hoc tempore verbalia in

δυς.

δὸς· ut, ὁ φθορδὸς, *corruptor*; à φθείρω, *corrumpo*.

ιμος· ut, ὁ σπόριμος, *qui ſolet conſeri*; à σπείρω, *ſero*.

ανον· ut, τὸ ξόανον, *ſimulacrum ſcalptum*; à ξέω, *ſcalpo*.

ξ· ut, ἡ φλὸξ, *flamma*; à φλέγω, *ardeo*: ἡ ῥὼξ, *ruptura*; à ῥήσσω, *rumpo*, cujus præt. med. ἔῤῥωγα, *rupi*, η converſo in ω.

Verbalibus vicina ſunt participialia: ut, ab εἰμὶ, *ſum*, ὤν, οὖσα, *exiſtens*, atque inde, ἡ οὐσία, *eſſentia*: parque ratio in compoſitis: ut, à παροῦσα, *præſens*, ἡ παρουσία, *præſentia*: ab ἀποῦσα, *abſens*, ἡ ἀπουσία, *abſentia*.

DE PRONOMINIBUS.

PRONOMEN primæ perſonæ. Sing. ἐγὼ[a], *ego*: ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ· & per aphæreſim, μοῦ, μοὶ, μέ. Dual. νῶϊ, νὼ· νῶϊν, νῷν. Plural. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς. Atticè in nominativo & dativo dicitur, ἔγωγε, ἔμοιγε· in aliis caſibus diviſim, ἐμοῦ γε, ἐμέ γε.

Secundæ perſonæ. Sing. σὺ, *tu*: σοῦ, σοὶ, σέ[b]. D. σφῶϊ, σφὼ· σφῶϊν, σφῷν. P. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς· hic υ, illic η.

Tertiæ perſonæ. Sing. [c]οὗ, *ſui*: οἷ, ἕ. D. σφωὲ, σφὲ·

a Æoles ἔγω, teſte Apollonio, lib. 2. c. 13. Solent enim hi retrahere accentum, coſque imitantur Romani. Sic iidem Æoles ἄμων, pro ἡμῶν· ἄμμιν, pro ἡμῖν.

b Vocativo quidem caret: ſed pro eo, quod Latinis *ô tu*, vel *heus tu*, Græcè dixeris, ὦ οὗτος.

c Vulgo nominativum ſtatuunt ὃς, non minori, ut puto, errore, quàm, ſi primitivum pronomen *ſui*, à *ſuus*, eſſe dicatur. Si tamen vulgarem ſententiam ſequi viſum, dicere conveniat, duplex eſſe ὃς· unum primitivum, pro *is*: alterum poſſeſſivum pro *ſuus*.

σφὲ [a] σφῶϊν, σφίν. P. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς. Hæc tria ſunt primitiva.

Ex horum trium genitivis fiunt poſſeſſiva octo.

A genitivis ſingularibus: ὁ ἐμὸς, ἡ ἐμὴ, τὸ ἐμὸν, *meus, a, um*: ὁ σὸς, ἡ σὴ, τὸ σὸν, *tuus, a, um*: ὃς, ἣ, ὃν, *ſuus, a, um*.

A genitivis dualibus: ὁ νωΐτερος, *noſter duorum*. ὁ σφωΐτερος, *veſter duorum*.

A genitivis pluralibus [b]: ὁ ἡμέτερος, *noſter*: ὑμέτερος, *veſter*: σφέτερος, *ſuus*. Quæ differunt ab illis è duali ortis, quia illa de duobus, hæc de pluribus dicuntur.

Horum omnium Maſculina declinantur, ut ὁ λόγος, *ſermo*. Neut. ut τὸ ξύλον, *lignum*. Fœm. trium in η, ut ἡ τιμὴ, *honor*: reliquorum quinque in α inflectenda, ut ἡ ἡμέρα, *dies*: ὁ νωΐτερος, *noſter duorum*, ἡ νωϊτέρα, *noſtra duorum*; & ita in aliis.

Demonſtrativa duo: οὗτος, *hic*: ἐκεῖνος, *ille*.

Maſc. S. οὗτος [c], *hic*, τούτου, *hujus*, τούτῳ, *huic*, τοῦτον, *hunc*, ὦ οὗτος. D. τούτω, *hi duo*, τούτοιν, *horum duorum*, ὦ τούτω. P. οὗτοι, *hi*, τούτων, *horum*, τούτοις, *his*, τούτους, *hos*, ὦ οὗτοι.

Fœmin. S. αὕτη, *hæc*; ταύτης, *hujus*; ταύτῃ, *huic*; ταύτην, *hanc*; ὦ αὕτη. Dual. ταύτα, *hæ duæ*; ταύταιν, *harum duarum*; ὦ ταύτα. P. αὗται, *hæ*; τούτων, *harum*; ταύταις, *his*; ταύτας, *has*; ὦ αὗται.

Neut.

[a] Σφὶ, & σφεῖς, Latini exprimere non poſſunt, cum *ſui* careat nominativo, tum ſingulari, tum plurali: ſed utuntur iis Græci pro caſibus ab αὐτὸς eóque exponendum, *ipſi, ipſæ, ipſa*.

[b] Etiam à genitivis pluralibus veniunt duo gentilia, ὁ ἡμεδαπὸς, *noſtras*; ὁ ὑμεδαπὸς, *veſtras*; quorum interrogativum eſt ὁ ποδαπὸς, *cujas*: veniúntque à τὸ δάπεδον, *ſolum*. Unde & ὁ ἀλλοδαπὸς, *alio natus ſolo*.

[c] Componitur ἐκ τοῦ cum τοῖος, *talis*; τόσος, *tantus*; τηλίκος, *tantus*. Unde τοιοῦτος, *talis*, τοσοῦτος, & τηλικοῦτος, *tantus*.

Neut. S. τοῦτο, *hoc*; τούτου, *hujus*; τούτῳ, *huic*; τοῦτο, *hoc*; ὦ τοῦτο. D. τούτω, *hæc duo*; τούτοιν, *horum duorum*; ὦ τούτω. P. ταῦτα, *hæc*; τούτων, *horum*; τούτοις, *his*; ταῦτα, *hæc*; ὦ ταῦτα.

Masc. ἐκεῖνος, *ille*. Fœm. ἐκείνη, *illa*. Neut. ἐκεῖνο, *illud*, sine ν declinandum: ut, ὁ λόγος, *sermo*, ἡ τιμὴ, *honos*, τὸ ξύλον, *lignum*.

Attici demonstrativis [a] addunt iota acutum: οὑτοσὶ, αὑτηΐ, τουτοΐ, & sæpiùs, τουτί. Gen. τουτουΐ, ταυτησὶ, τουτουΐ. D. τουτῳΐ, ταυτηΐ, &c. In plurali neut. ταυταΐ, & ταυτί. Sic ἐκεινοσὶ, ἐκεινηΐ, ἐκεινοΐ.

Relativum unum [b], αὐτὸς, *ipse*: omnium personarum: αὐτὸς ἐγὼ, *ipse ego*: αὐτὸς σὺ, *ipse tu*: αὐτὸς ἐκεῖνος, *ipse ille*. Masc. αὐτός. Fœmin. αὐτή. Neut. αὐτὸ· ut, ὁ λόγος, *sermo*, ἡ τιμὴ, *honos*, τὸ ξύλον, *lignum*. Neut. αὐτὸ, sine ν, ut τοῦτο, & ἐκεῖνο.

Assumpto quoque articulo dicitur ὁ αὐτὸς, & significat, *idem*.

Compositia tria, ἐμαυτοῦ [c], *mei ipsius*: σεαυτοῦ, *tui*

[a] Hanc ἐν δεικτικαῖς ἐπέκτασιν τοῦ ι fieri εἰς μείζονα δεῖξιν, *ad majorem demonstrationem*, ait Apollonius, lib. II, sect. v. ubi fusè de hac extensione agit.

[b] Est sanè & alterum relativum, ὅς, *qui*. Neque enim causa est satis gravis, cur *qui* pronomen sit apud Latinos, ὅς, non sit apud Græcos. Sed in re exigui momenti haud visum est refragari sententiæ receptæ, quâ articulis duobus propriam classem tribuerunt.

[c] Ἐμαυτοῦ putabat Trypho esse à possessivo ἐμὸς, sed Apollonius docet esse à genitivo ἐμοῦ· parque ratio est in σεαυτοῦ, & ἑαυτοῦ. Quærat aliquis, cur non dicatur ἐμαυτὸς τέμνω, vel σεαυτὸς ἔπαισας. Ratio est, quia talia significant αὐτοπάθειαν, hoc est, passionem sui reciprocam; eóque differunt à nomine ἀλλήλων, quod significat actionem de persona in personam transeuntem. Nam ἀλλήλων ἤκουσαν, valet ἄλλος ἄλλου ἤκουσαν· & ἀλλήλους ἔπαισαν, valet, ἄλλοι ἄλλους ἔπαισαν. Unde etiam cognoscimus, unde ἀλλήλων componatur, & cur id ipsum careat quoque nominativo. Vide Apollonium tum de nomine hoc, tum tribus illis pronominibus, lib. 2, cap. 23, & sequentibus. Cæterum Homerus ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, nusquam agnoscit, sed ἐμὲ αὐτὸν, σὲ αὐτὸν, ἓ αὐτὸν, vel ἁπλῶς, αὐτὸν

τὶ

tui ipsius: ἑαυτοῦ, *sui ipsius*: carent autem Nominativo.

τὸν nec in plurali ἐμαυτοὺς, σεαυτοὺς, ἑαυτοὺς, sed ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑμᾶς αὐτοὺς, σφᾶς αὐτούς. Et sanè qui Homerum judicarunt linguæ Græcæ κανόνα, posteriora hæc damnabant. Nam ut ἑαυτὸν resolvas in ἓ αὐτὸν, non possis similiter ἑαυτοὺς resolvere. Ut compositio hæc contra rationem recepta usu videatur. Vide Casaubonum in Athenæum lib. animadvers. IV. cap. XXVII. pag. 204.

Primæ personæ Masc. ἐμαυτοῦ, *mei ipsius*; ἐμαυτῷ, *mihi ipsi*; ἐμαυτὸν, *meipsum*. Fœm. ἐμαυτῆς, *mei ipsius*; ἐμαυτῇ, *mihi ipsi*; ἐμαυτὴν, *me ipsam*. Neutr. ἐμαυτοῦ, *mei ipsius*; ἐμαυτῷ, *mihi ipsi*; ἐμαυτὸ, *me ipsum*.

Secundæ personæ: σεαυτοῦ, *tui ipsius*; σεαυτῷ, *tibi ipsi*; σεαυτὸν, *te ipsum*; σεαυτῆς, *tui ipsius*; σεαυτῇ *tibi ipsi*; σεαυτὴν, *te ipsam*; σεαυτοῦ, *tui ipsius*; σεαυτῷ, *tibi ipsi*; σεαυτὸ, *te ipsum*: & per Crasim, σαυτοῦ, σαυτῷ, σαυτὸν, &c.

Tertiæ personæ: ἑαυτοῦ, *sui ipsius*; ἑαυτῷ, *sibi ipsi*; ἑαυτὸν, *semet ipsum*; ἑαυτῆς, *sui ipsius*; ἑαυτῇ, *sibi ipsi*; ἑαυτὴν, *se ipsam*; ἑαυτοῦ, *sui ipsius*; ἑαυτῷ, *sibi ipsi*; ἑαυτὸ, *semetipsum*. Cumque duo præcedentia tantùm habeant Singulare: hoc declinatur etiam pluraliter, & conjunctim, & divisim: ἑαυτῶν, & σφῶν αὐτῶν, *sui ipsorum*; ἑαυτοῖς, & σφίσιν αὐτοῖς, *sibi ipsis*; ἑαυτοὺς, & σφᾶς αὐτοὺς, *se ipsos*. Sic ἑαυτῶν, *sui ipsarum*; ἑαυταῖς, *sibi ipsis*; ἑαυτὰς, *se ipsas*; ἑαυτῶν, *sui ipsorum*; ἑαυτοῖς, *sibi ipsis*; ἑαυτὰ, *se ipsa*. Et hujus quidem plurale in omnes quoque quadrat personas: ἑαυτῶν, *nostrûm*, *vestrûm*, *sui ipsorum*: ἑαυτοὺς, *nos*, *vos*, *se ipsos*. Sic & interdum singulariter, ἑαυτοῦ, *tui ipsius*; ἑαυτὸν, *te ipsum*. Quum reperiuntur adspirata, αὑτοῦ,

αὐτῷ, αὐτὸν, & similia, aphæresis [a] est pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν.

Infinitum Pronomen vocant, ὁ δεῖνα, *quidam, nescioquis*: & sic declinatur:

N. { ὁ, ἡ, τὸ, δεῖνα [b], & poeticè ὁ δείς.

G. { τοῦ, τῆς, τοῦ, δεῖνος· item τοῦ δεῖνατος, & τοῦ δεῖνα.

D. { τῷ, τῇ, τῷ, δεῖνι, & τῷ δεῖνατι, & τῷ δεῖνα.

A. { τὸν, τὴν, τὸ } δεῖνα.

a Nisi crasin malis vocare: quod non minus placet.

b Δεῖνα unâ terminatione est utriusque numeri: nam δεῖνα, ille, & illi: estque plurimùm ἄκλιτον· unde dicimus, τοῦ δεῖνα, τῷ δεῖνα, τὸν δεῖνα. Quandoque tamen facit τοῦ δεῖνατος, τῷ δεῖνατι. At δεῖνος, δεῖνι, δεῖνα, sunt ab inusitato δεὶς, ille.

DE VERBIS.

VERBO accidunt numerus, persona, tempus, modus, & conjugatio.

DE NUMERIS ET PERSONIS.

NUMERI sunt tres [c], ut in Nominibus. Personæ totidem: τύπτω, *verbero*; τύπτεις, *verberas*; τύπτει, *verberat*.

Prima pluralia in μεν excludit primam dualem.

Secunda, & tertia dualis, sunt pares, quando tertia pluralis desinit in ι, vel in αι· alioqui impares.

c Sed Æoles, uti & eorum exemplo Romani, refugêre dualem, tanquam superfluum, atque etiam novellum. Antiquissimi enim, ut & Diomedes observat, plurativo contenti fuere. Quod si dualis recentior est plurali, illud simul consequitur, rectiùs eum formari à plurali, quàm contra.

DE

DE TEMPORIBUS.

TEMPORA in universum sunt novem: præsens, quintuplex præteritum, & triplex futurum. Nam præteritum, vel est ὁρισικὸν, sive *definitum*; vel ἀόρισον, sive *infinitum*. Ὁρισικὸν est, quod certam præteriti temporis significationem habet. Estque vel imperfectum, vel perfectum, vel plusquamperfectum. Ἀόρισον dicitur, quia nunc pro perfecto, nunc pro plusquamperfecto, quandoque etiam pro imperfecto [a] ponitur. Tempus hoc sub duplici forma habet vim eandem. Vulgò dicitur aoristus primus, & secundus, quia respicitur ad Græcum, ὁ χρόνος, id est, *tempus*. Futurum item primum, & secundum, terminatione, non significatione, differunt. Tertium dicitur paullo pòst futurum: quo utimur, cùm quid impendêre videtur. Sed hoc tantummodo locum habet in voce passiva.

[a] Imo & præsenti, & futuro, ut postea pleniùs explicabitur.

DE MODIS.

IN modorum numero à Latinis eo differunt Græci, quòd hîc optativus, & subjunctivus, differant terminatione: eóque verè modi censeantur diversi.

In indicativo tempora omnia propriam habent flexionem.

Ceteri omnes modi, participiáque, ab indicativo pendent: inque iis eadem est vox præ-

 sentis,

ſentis, & præteriti imperfecti: item perfecti, & plusquamperfecti.

Primam personam non agnoscit imperativus.

In imperativo etiam, & subjunctivo, aoristis utimur, cum futurum significatur.

DE CONJUGATIONE.

TRES sunt verborum formæ, sive, ut Græci vocant, διαθέσεις, activa, passiva, & media.

Quarum prima ita vocatur, quia verba, quæ eo modo terminantur, plurimum actionem notant: altera ita dicitur, quia verba ejus formæ plurimùm passionem significant: tertia autem, quia, quæ sic conjugantur, partim activam, partim passivam terminationem sequuntur; atque adeò in uno tempore activam, in alio passivam, interdum & utrobique utramque significationem habent; ut distinctiùs postea explicabitur.

Quod si non terminationem, sed significationem attendas; iis, quæ ἐνέργειαν, sive *actionem*, vel πάθος, sive *passionem*, notant, addi oportet, quæ τὰ οὐδέτερα, sive neutra, appellantur: ut, ζῶ, *vivo*: θάλλω, *germino*: πλουτῶ, *ditesco*.

* Sanè aliam significationis, aliam terminationis esse rationem, vel ostendat μάχομαι, *pugno*, & πάσχω *patior*. quorum illud est αὐτοενεργητικὸν, ut Gaza vocat, hoc est, *per se activum*: hoc αὐτοπαθητικὸν, ut idem appellat, hoc est, *per se passivum*: nec tamen vel hoc propterea ad activam, vel illud ad passivam, pertinet conjugationem.

Verba

Verba formæ activæ vel in *ω* deſinunt, vel in *μι*. Priora, vel barytona ſunt; ut, *τύπτω*, *verbero*: vel circumflexa; ut, *ποιῶ*, *facio*. Barytona ita dicuntur, quia gravi tono [a] pronuntiatur ultima ſyllaba; *λείβω*, *libo*, *fundo in ſacris*; *λέγω*, *dico*; &c. Siquidem in omni ſyllaba, quæ non ſignatur accentu, intelligitur gravis, qui ob id vocatur *accentus ſyllabicus*.

[a] Qui Græcè ὁ βαρὺς τόνος.

In conjugatione Barytonorum ſunt quatuor conſideranda.

I. Augmentum.

II. Vocalis præcedens characteriſticam; quam, quia plurimùm tenet proximum ab ultimo locum, penúltimam appellamus.

III. Figurativa, ſive characteriſtica.

IV. Terminatio, ſive omne id, quod ponitur poſt characteriſticam.

DE CHARACTERISTICA[b].

A Characteriſtica, quia formatrix eſt conjugationis, ordiemur.

[b] Seu Figurativa, vel Formativâ.

Præcipuè autem habetur ratio præſentis, futuri primi, & præteriti perfecti, quando hinc cetera pendent tempora. Perfectum præteritum vocatur *ὁ παρακείμενος* [c]. futurum, *ὁ μέλλων*: quæ Grammatici notant litteris *π*, & *μ*.

[c] Puta χρόνος.

Characteriſtica præſentis in prima conjugatione eſt prima conſonans *β*, cum cognatis *π*, & *φ*. Sed *π* interdum aſſumit *τ* [d].

[d] Quemadmodum & in nominibus: ut, ὁ πόλεμος, ὁ πτόλεμος, *bellum*.

In ſecundâ eſt ſecunda conſonans *γ*, cum

cognatis κ, & χ. Sed κ nonnunquam assumit τ[a].

In tertiâ est tertia consonans δ, cum cognatis τ, & ϑ.

Atque ita novem mutæ sunt characteristicæ trium primarum conjugationum.

In quartâ, characteristica est quarta consonans ζ· quæ quia ex σ componitur, eò sociat sibi σσ.

In quintâ, characteristica est una ex liquidis, λ, μ, ν, ρ.

In sextâ est characteristica vocalis quævis præter η[b], ac quævis diphthongus propria, unaque impropria ῃ.

Huic conjugationi ultimus datus est locus, quia ex eâ promanant verba circumflexa; quibus barytona simpliciora sunt, eóque priora.

In futuris omnibus (si quintam exceperis, ubi eadem est characteristica ac præsentis) semper est σ· sed in prima adsciscunt sibi characteristicam primæ, ut fiat ψ· in secundâ, & verbis quartæ sequentibus secundam, adsciscunt characteristicam secundæ, ut fiat ξ.

Præteriti characteristica in primâ est φ· in secundâ, & verbis quartæ sequentibus secundam, est χ· in ceteris semper est κ.

Quæ omnia sequens tabula oculis subjicit.

CHA-

a Fit & hoc instar nominum quorundam: ut ἄνακτος pro ἄνακος, ab ἄναξ & similiū: de quibus in Nomine dictum.

b Herodianus excipit δήω, quod reponit inter voces μονήρεις, ac, ut ita dicam, solivagas. Sed δήω non est præsens, cum significet *inveniam.* Nempe non attendit, quædam futura desinere in ω purum: quare re inferius dicemus. Sed vide, an non justiùs excipi debeat νήω, *glomero*, cum compositis ἐπινήω, συννήω, atque aliis.

Characteristicæ Primæ Conjugationis.

In

Præs.		Fut.		Præt.
β, λείβω	ψ	λείψω	φ	λέλειφα, *libo, fundo.*
π, πέρπω		πέρψω		πέπερφα, *delecto.*
φ, γράφω		γράψω		γέγραφα, *scribo.*
πτ, τύπτω		τύψω		τέτυφα, *verbero.*

Secundæ.

γ, λέγω	ξ	λέξω	χ	λέλεχα, *dico.*
κ, πλέκω		πλέξω		πέπλεχα, *plico.*
χ, τρέχω		θρέξω		τέτρεχα, *curro.*
κτ, τίκτω		τέξω[a]		τέτεχα, *pario.*

Tertiæ.

δ, ᾄδω	σ	ᾄσω	κ	ᾖκα, *cano.*
τ, ἀνύτω		ἀνύσω		ἤνυκα, *perficio.*
θ, πλήθω		πλήσω		πέπληκα, *impleo.*

Quartæ.

ζ, παίζω	ξ	παίξω	χ	πέπαιχα, *ludo.*
σσ, ὀρύσσω		ὀρύξω		ὤρυχα, *fodio.*
ζ, φράζω	σ	φράσω	κ	πέφρακα, *dico.*
σσ, πλάσσω		πλάσω		πέπλακα, *fingo.*

Attici pro gemino σσ usurpant geminum ττ[b]. ὀρύσσω, ὀρύττω, *fodio*: πλάσσω, πλάττω, *fingo*: γλῶσσα, γλῶττα, *lingua.*

[a] à τέκω, unde, assumpto τ, esset τέκτω· pro quo, ε in ι converso, dicimus τίκτω.

[b] Non etiam τγ, ut Gaza refert in primò τῶ εἰς τέσσαρα. Nempe eum decepit, quod librarii ττ similiter ac τγ exararent. Urbanum vide lib. secundo.

Quintæ.

λ, ψάλλω	λ	ψαλῶ		ἔψαλκα, *cano fidibus.*
μ, νέμω	μ	νεμῶ		νενέμηκα, *distribuo.*
ν, φαίνω	ν	φανῶ	κ	πέφαγκα, *ostendo.*
ρ, σπείρω	ρ	σπερῶ		ἔσπαρκα, *sero, semino.*
μν, τέμνω	μ	τεμῶ		τετέμηκα, *scindo, seco.*

Liquidæ, λ, μ, ν, ρ, dicuntur immutabiles, quòd in futuro non mutentur, sed permaneant, ut in præsenti.

Sextæ.

α, γελάω		γελάσω		γεγέλακα, *rideo.*
ε [a], τελέω		τελέσω		τετέλεκα, *finio.*
ι, τίω		τίσω		τέτικα, *honoro.*
ο, ὀμόω		ὀμόσω		ὤμοκα, *juro.*
υ, δύω		δύσω		δέδυκα, *subeo.*
ω, ῥώω	σ	ῥώσω	κ	ἔῤῥωκα, *roboro.*
αι, παίω		παίσω		πέπαικα, *ferio.*
αυ, ψαύω		ψαύσω		ἔψαυκα, *tango.*
ει, σείω		σείσω		σέσεικα, *quatio.*
ευ, ἱππεύω		ἱππεύσω		ἵππευκα, *equito.*
οι, οἴω		οἴσω		ᾦκα, *fero, puto.*
ου, κρούω		κρούσω		κέκρουκα, *pulso.*
υι, ὀπυίω		ὀπυίσω		ὤπυκα, *ineo.*

[a] H dialecti certæ propria est.

Ex quibus verba in ώω poëtica sunt: ac veniunt à verbis desinentibus in έω· ut, à πλέω, πλώω, *navigo*: vel άω· ut, à ζάω, ζώω, *vivo*; ἡβάω, ἡβώω, *pubesco*; vel όω, ut δόω, δώω, *do*; ὑπνόω, ὑπνώω, *dormio*.

Ex his, quæ de characteristica diximus, non difficile erit ex præsenti statuere de præterito, & fu-

& futuro. Solam excipio quartam conjugationem: ubi diximus, alia sequi secundam, alia tertiam. Id discrimen hoc loco exponemus.

Verba quartæ, quorum characteristica in præsenti est ζ, ferè sequuntur tertiam: ut, φράζω, *dico*, φράσω· βαδίζω, *vado*, βαδίσω. Cujusmodi sunt amplius quadringenta.

Quædam verò sequuntur secundam:

Uti hæc dissyllaba:

σάζω, *stillo*: στίζω, *pungo*:
κράζω, *clamo*: γρύζω, *grunnio*:
ῥάζω, *adspergo, perfundo*: ῥέζω, *facio, sacrifico*:
σφύζω, *salio, palpito*: βαύζω, *latro, baubor*, Lucret.

Item tria hæc, quæ, ut sonantiora fiant, ante ξ assumunt γ·

λίζω, *sono, cano*, λίγξω [a]·
κλάζω, *clango*, κλάγξω·
πλάζω, *seduco, modò huc, modò illuc jacto*, πλάγξω.

[a] Unde Homer. Iliad. 8. ψ. 125. λίγξε pro ἔλιγξε. Alii fingunt thema λίγγω.

Etiam secundam sequuntur hæc σχετλιαστικά, sive miserationi apta:

αἰάζω, *ejulo*, ab αἴ· οἰμώζω, *ploro*, ab οἴμοι.
ὀλολύζω, *ululo*; στενάζω, *gemo*.

Item hæc polysyllaba:

ἀλαπάζω, *populor*: ἀλαλάζω, *jubilo, clamo alala*.
ἐλελίζω, *torqueo, clamo* ἐλελεῦ, *defleo*.
ἀτύζω, seu ἀτύζω, *consterno*: θρυλλίζω, *contero*.
σταλάζω, *stillo*: στηρίζω, *firmo, stabilio*.
μερμηρίζω, *cogito*: κωνάζω, *claudico*. Hesych.
ἐγγυαλίζω, *præbeo*: στυφελίζω, *percutio*.

Denique, sunt &, quæ nunc secundam, nunc tertiam sequuntur. Cujusmodi sunt dissyllaba hæc:

δαίζω, divido, discerpo: *τρίζω, strideo:*
τρύζω, murmuro: *παίζω, ludo:* quod communiter *παίξω* facit, sed Atticè *παίσω*, unde *συμπαίςωρ, collusor*, à *πέπαιςαι*.

Item hæc trisyllaba:

σαλπίζω, buccino [a]: *βαςάζω, porto:*
ἁρπάζω, rapio: *νυςάζω, nuto, dormito:*
ἀτίζω, aspernor, ignominiâ afficio:
φατίζω, aio, dico.

At exeuntia in *σσω*, vel *ττω*, sequuntur secundam: ut,

πρήσσω, vel *πρήττω, ago, πρήξω· σάττω, onero, σάξω·*
πατάσσω, percutio, πατάξω· ὀρύσσω, fodio, ὀρύξω.

Excipe dissyllaba hæc, quæ tertiam sequuntur:

πάσσω, inspergo: *πέσσω, coquo:*
λεύσσω, video: *λίσσω, supplico, ploro:*
βράσσω, ferveo, bullio: *πλάσσω, fingo:*
νάσσω, complano, premo: *πτίσσω, pinso, tundo:*
πράττω, vendo [b].

Item hæc polysyllaba:

ἱμάσσω, loris cædo: *ἐνάσσω, perfundo, oblino:*
ἐρέσσω, remigo [c].

[a] Sed σαλπίσω usitate, at poëticè σαλπίξω.

[b] Herodianus addit his λάσσω· uti & Lascaris, Urbanus, Caninius. Sed quid ea voce significetur, non exponunt.

[c] Addunt his, ἀρύττω, haurio. Sed pro eo dicitur ἀρύτω, vel ἀρύω. Addunt & ἀφύσσω, quod idem notat, ac facere dicitur ἀφύξω, & ἀφύσω. Verum ἀφύξω quidem est ab ἀφύσσω· ἀφύσω autem ab ἀφύω.

φείσω in futuro secundam sequitur, in perfecto tertiam: nam facit φείξω, πέφεικα, non φειχα; quod repudiatur, ne aspiratæ duæ incurrant.

Sunt & quæ utramque præsentis, & simplicem habeant futuri characteristicam: ut,

σφάζω, & σφάσω, *jugulo*, σφάξω.
φοινίζω, & φοινίσω, *rubefacio*, φοινίξω.
μάζω, & μάσω, *subigo*, μάξω.

Atque hæc de characteristicâ seu figurativâ ujusque conjugationis, in præsenti, præterito, : futuro: quorum trium aliquod reliqua tempora sequuntur. Unde & cognata vocantur tempora, quorum eadem est figurativa: ut Præsens, & Imperfectum, τύπτω, ἔτυπτον· Perfectum, & Plusquamperfectum, τέτυφα, ἐτετύφειν· Aoristus primus, & Futurum primum, ἔτυψα, ύψω. Sic Aoristus secundus, Futurum secundum, & Præteritum Medium, cognationem inter se habent, ἔτυπον, τυπῶ, τέτυπα.

DE AUGMENTO.

Augmentum est, quo verbum in initio augetur.

Cùm verò novem sint tempora; tria ex iis nusquam habent augmentum, præsens, futurum primum, & secundum: tria ubique habent augmentum, perfectum, plusquamperfectum, & paulo-pòst-futurum: tria in indicativo habent augmentum, non extra indicativum; imperfectum, aoristus primus, & aoristus secundus.

Au-

Augmentum eſt vel temporale, vel ſyllabicum.

Temporale eſt, quo dictio augetur tempore.

Tempus autem hîc nihil aliud eſt, quàm mora in pronuntiando: quæ alterâ parte diuturnior eſt in longâ, quàm in brevi. Unde illa, duo; hæc, unum tempus habere dicitur.

Habet hoc augmentum locum in verbis, quę incipiunt à vocali, aut diphthongo mutabili.

Vocales mutabiles [a] ſunt tres: α, ε, ο· quarum priores in η mutantur, tertia in ω.

Diphthongi mutabiles itidem ſunt tres: αι, αυ, οι· in quibus ſimiliter α mutatur in η, & ο in ω· at ι ſubſcribitur, υ verò adſcribitur: ita αι fit ῃ, αυ fit ηυ, οι fit ῳ.

[a] φωνήεντα μεταβολικά. Quibus opponuntur ἀμετάβολα.

Si verbum incipiat ab aliâ vocali, aut diphthongo; nulla fiet mutatio propter augmentum: niſi quòd, ſi anceps, ι vel υ, fuerit in præſenti, ea hîc propter augmentum cenſetur longa.

Quæ ipſa cum exemplis ſequens complectitur tabella.

Vocales	Mutabiles,	α,	in	η, ἀνύω, ἤνυον, perficio, perficiebam.
		ε,		η, ἐλεύθω, ἤλευθον, venio, ebam.
		ο,		ω, ὀπάζω, ὤπαζον, præbeo, bã.
	Immutabiles,			η, ἠχέω, ἤχεον, reſono, reſonabam.
				ι, ἰξεύω, ἴξευον, aucupor, aucupabar.
				υ, ὑβρίζω, ὕβριζον, contumelia afficio, ebam.
				ω, ὤθω, ὦθον, impello, impellebam.

Di-

Mu-tabi-les, { αι, αυ, οι, } in { η, αἴρω, ἦρον, tollo, tollebam. ηυ, αὐξάνω, ηὔξανον, augeo, bā. ω, οἰκίζω, ᾤκιζον, habito, abam.

Immutabiles, { ει, εἰκάζω, εἴκαζον, assimilo, labam. ευ, εὐθύνω, εὔθυνον, dirigo, gebam. ου, οὐτάζω, οὔταζον, vulnero, abam.

EXCEPTIO I,

De verbis simplicibus, quæ communi linguâ non augentur, etsi incipiant à vocali aut diphthongo mutabili.

Quatuor servant α·
ἄω, spiro, ἄον ut distet ab ἦον, quod ab *ω, sum: ἀΐω, audio, ἄϊον* ut differat ab ἤϊον, quod *ο εἴω*, vel *εἶμι, eo.*
ἀηθέσσω, insuetus sum, ἀήθεσσον, ne concurrant duo *η*.
Eadem ratio est in
ἀηδίζομαι, tædio afficior, fastidio, ἀηδιζόμην.
Οι autem servant profecta
ο οἶνος, vinum, { *οἰνίζω, vinum resipio vel redoleo.* *οἰνίζομαι, vina comparo.* *οἰνοποτάζω, vinum poto.* *οἰνόω, in vinum verto, vino modicè repleo.* *οἰνοχέω, vinum infundo.* } Sed duo hæc interdum mutant οι.

ab

ab οἰωνὸς, *volucris, augurium,* { οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, } *auguror.*

ab οἴαξ, *temo, gubernaculum navis,* { οἰακίζω, οἰακηνομέω, οἰακοστροφέω, } *guberno, gubernaculum navis rego.*

His adde

οἰόομαι, *solus ago,* ab οἶος, *solus.*
οἰμάω, *impetu ruo,* ab οἶμος, *semita.*
οἰστράω [a], *œstro concitor,* ab οἶστρος, *œstrum.*
οἰκουρέω, *domũ custodio,* ab οἰκουρὸς, *custos domus.*
Οἰμώζω, *ploro*, quod ab οἴμοι, ejulantium voce, οἴμωζον facit, & ᾤμωζον [b].

a Quod & οἰστρέω. Sed hoc activè etiam capitur. Ac pro eo legas quoque οἰστρόω.

b Addunt vulgo οἰδάνω, vel οἰδαίνω, *tumeo*; cum tamen id veniat ab οἰδέω, unde ᾠδηκὸς, apud Hesychium & Suidã.

EXCEPTIO II,

De Simplicibus, quæ aliter augentur ac dictum est.

Vocalem ε plurima non in η mutant, sed augent addito ι·

ἔχω, *habeo:* ἔπω, *dico:*
ἔλω, inusitatum thema, pro αἱρέω, *capio;* ἕλκω, ἑλκέω, & ἑλκύω, *traho.*
ἕρπω, & ἑρπύζω, *serpo:* ἑστήκω, *sto:*
ἕπομαι, *sequor:* ἐρέω, *dico, interrogo:*
ἑστιάω, *convivium celebro:* ἐάω, *sino:*
ἕω, *induo, colloco:* ἐρύω, *traho:*
ἔθω, *consuesco:* ἐθίζω, *consuefacio:*
ἐργάζομαι, *operor:* ἑλίσσω, *volvo:*
ἕζομαι [c], *sedeo.*
ἔχω, εἶχον, non ἦχον· & ita in reliquis.

c Hoc addit Herodianus.

ἔπω, εἶπον, *dixi*: εἰπὲ, *dic*: εἰπὼν, *qui dixit*: in
mnibus modis servat augmentum.

ἑστήκω, *sto, persto, permaneo*: εἱστήκειν, *steteram*,
lusquamperfectum Medium: nam perfectum
τηκα sine augmento: nisi id verius sit Activum
b ἵστημι, & ἕστακα dicatur per α, more Dorico.

ἕω, sive ponatur pro *induo*, sive pro *sedere ju-*
το, colloco, facit in passivo præterito εἷμαι, *indu-*
ts sum, sedi.

Ἐρέω, *dico*: εἴρηκα, εἴρημαι· unde εἰρήθην, & eli-
ι, ἐρήθην.

Ἔθω, *consuesco*: εἴωθα, præteritum medium,
er pleonasmum τοῦ ω.

E ante ο retinet ε, sed mutat ο in ω· ut ἑορτά-
ω, ferior, ἑώρταζον, pro ἠόρταζον.

EXCEPTIO III,

De Compositis, quorum alia in initio, alia in medio, alia utrobique augentur.

Composita quædam in medio augentur. Hujusmodi sunt, quæ post εὖ, & δυς, ha-
ent vocalem mutabilem [a]. Ut, εὐορκῶ, *sancte*
tro, vel *juramentum religiose servo*, εὐώρκουν· δυσ-
ρεστῶ, *morosus sum*, δυσηρέστουν.

Sic εὐεργετῶ, *beneficio afficio*: εὐαγγελίζομαι,
ta nuntio, bonum nuntium affero: δυσαπιστῶ, *dif-*
culter credo, diffido.

Præterea in medio augentur composita ex
ræpositione & verbo, quorum etiam simpli-
ia sunt in usu: βάλλω, *jacio*; προσβάλλω, *adjicio*,

[a] Non item, si immutabilis sit: nam ab εὐωχέω, *convivio excipio*, est εὐώχουν· à δυσωπέω, *exoro, pudore afficio, flecto*, ἐδυσώπουν.

προσ-

προσέβαλλον, non ἐπρόσβαλλον. Sic *ἀλλάσσω, muto*; ἐναλλάσσω, *immuto*, ἐνήλλασσον.

Item composita ex præpositione & nomine, vel derivata à nomine composito cum præpositione: ut, διακονέω, *ministro*, διηκόνουν· ἀναχαιτίζω, *retro ago*, ἀνεχαίτιζον· παρασπονδέω, *contra fœdus ago*, παρεσπόνδεον· προφητεύω, *propheto*, προεφήτευον· συνεργέω, *in opere adjuvo*, συνήργεον, &c [a].

Nonnulla autem eorum, quæ cum præpositione componuntur, nunc initio, nunc in medio augentur: ut, ab ἐμπολάω, *lucror* (cujus simplex non est in usu: alii ex πωλέω, *vendo*, faciunt), tum ἐμπεπολήκαμεν legitur apud Lucianum, tum ἠμπόληκας apud Sophoclem.

Nonnulla utrobique augentur: ut,

ἐνοχλέω, *turbo*, ἠνώχλουν.
ἀνορθόω, *corrigo*, ἠνώρθουν.
παροινέω, *vinolentiâ pecco*, ἐπαρώνεον [b].

ἀνέχομαι, *patior, tolero*, ἠνειχόμην, & in aoristo secundo ἠνεσχόμην· ἀμπέχομαι, *induor, circumeo*, ἠμπεσχόμην.

At initio augentur, quæ è duobus nominibus, aut è nomine, vel pronomine, & verbo componuntur, sive potiùs à nomine ex isti composito derivantur: ut,

φιλοσοφέω, *philosophor*, ἐφιλοσόφουν.
αὐτομολέω, *sponte venio*, ηὐτομόλουν.
βιβλιοπωλέω, *libros vendo*, ἐβιβλιοπώλουν.

Sic χειραγωγέω, *manu duco*: ὀρθοβατέω, *r*[ectus] *incedo*: ἀκρολογέω, *summas spicas lego*: λ[ιθο]βολέ[ω]

[a] Similiter in temporibus aliis. Ut, ἐπιδημῶ, *peregrinor*, ἐπιδεδήμηκα· ἐπιορκῶ, *pejero*, ἐπιώρκηκα· ἐπιστατῶ, *præsum*, ἐπιστάτηκα.

[b] Sic in præterito perf. πεπαρῴνηκα, & aoristo, ἐπαρῴνησα.

λιθοβολέω, *lapides jacio*: οἰκονομέω, *administro*, &c [a].

Item, derivata à nomine composito cum α privativo, vel ὁμȣ̃, *simul*: ut,

ab ὁ ἄφρων, *insipiens*; ἀφρονέω, *insipiens sum*, ἠφρόνȣν.

ab ὁ ὁμόφρων, *concors*, sive *ejusdem sententiæ*; ὁμοφρονέω, *concors sum*, *idem sentio*, ὡμοφρόνȣν.

Sic ἀτυχέω, *infelix sum*; ab ὁ καὶ ἡ ἀτυχὴς, *infelix*.

ὁμολογέω, *consentio*, *confiteor*; ab ὁ ὁμόλογος, *consentiens*.

Item, venientia à nomine cum δυς composito [b], sequente consonante: ut,

ab ὁ καὶ ἡ δυςτυχὴς, *infelix*; δυςτυχέω, *infelix sum*, ἐδυςτύχȣν.

ab ὁ καὶ ἡ δυςχερὴς, *difficilis*; δυςχεραίνω, *ægre fero*, ἐδυςχέραινον.

Vel etiam sequente vocali immutabili: ut, δυσωπέω, *pudore flecto*, *exoro*, ἐδυσώπεον.

Composita item cum præpositione, si ea nihil addit ad significatum: ut,

εὕδω, καθεύδω, *dormio*, ἐκάθευδον [c].

a Ἐγγυάω, quia derivatum est à composito nomine ἡ ἐγγύη, *sponsio*, eò & ipsum initio augetur: unde aor. 1. ἠγγύασα, & imperf. ἠγγυᾶτο. Sed idem cum augmento in medio invenias: ut in perfecto ἐγγεγύηκα, aor. 1. ἐγγεγύησα, unde ἐνεγγυησάμην. Et sine augmento, ut ἐγγυᾶτο, & ἐγγύησα. Sic ἐνεχυρiάζομαι, sive ἐνεχυράζομαι, *oppignero*, quod ab ἐνέχυρον, ἐνέχυρον, *pignus*; interdum initio, interdum medio augetur, interdum augmento caret. b Addunt alii, fieri idem in iis, quæ veniunt à nomine composito cum εὐ. Ut, ab ὁ καὶ ἡ εὐτελὴς, *vilis*, εὐτελίζω, *vilipendo*, ηὐτέλιζον. Hoc Atticorum est, qui & in aliis εὐ mutant, ut postea dicetur. At lingua communis εὐ retinet immutatum, etiam in hujusmodi compositis. Ut, εὔλογος, *rationi consentaneus*; εὐλογέω, *benedico*, εὐλόγȣν, in Psal. ὁ καὶ ἡ εὐσεβὴς, *pius*, εὐσεβέω, *pietatem colo*, εὐσέβȣν. c Dicitur & καθεῦδον, accentu in penultima, & absque augmento. Nam composita è dissyllabis à vocali inchoatis, si in medio augentur, vel nullum habent augmentum, circum-

G

cumflectunt penultimã. Ut, συνάγω, cogo, συνῆγον· παρείκω, concedo, παρεῖκον· καθήκω, devenio, καθῆκον.

οἴγω, ἀνοίγω, *aperio*, ἤνοιγον.

ἴσημι, ἐπίσαμαι, *ſcio*, ἠπιστάμην. quod & abſque augmento ἐπιστάμην. Vide Imperf. Verbi Med. ἴσαμαι. pag. 234.

Item quædam, quorum ſimplicia non ſunt in uſu: ut,

ἀμφισβητῶ, *dubito*, ἠμφισβήτουν.

ἀντιβολῶ, *ſupplico, oro*, ἠντιβόλουν.

ἀντιδικέω, *contra adverſarium ago*, ἠντιδίκουν.

At ſunt alia hujus generis, quæ in medio augeantur: ut,

ἀπολαύω, *fruor*, ἀπέλαυον, & Atticè[a] ἀπήλαυον.

ἐπιχειρῶ, *aggredior*, ἐπεχείρουν.

ἐγκωμιάζω, *celebro, laudo*, ἐνεκωμίαζον[b], &, aſſumto γ, ἐνεγκωμίαζον.

a De quo aliquantò poſt.
b Redeunte ν, in quod γ erat mutatũ ob ſequens κ.

DE AUGMENTO SYLLABICO.

Augmentum Syllabicum eſt, quo verbum augetur numero Syllabarum: atque habet locum in verbis incipientibus à conſonante. Fitque hoc modo. In temporibus, quæ ſolùm in indicativo habent augmentum, ut ſunt imperfectum, aoriſtus primus, & ſecundus, tantùm præponitur ε· ut, τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον.

Litera ρ propter ſyllabicum augmentum geminatur: ῥίπτω, *projicio*, ἔῤῥιπτον· & ρ poſterius adſpiratur, prius lenem habet ſpiritum. ſiquidem nulla ſyllaba deſinit in adſpiratam: ſed ſi litera geminetur, prior eſt tenuis: ἡ Ἀτθὶς, ἡ Σαπφὼ, ὁ Βάκχος, *Attica, Sappho, Bacchus*.

In

In temporibus verò, quæ etiam extra indicativum augentur, ut sunt, perfectum, plusquamperfectum, & paullo pòst futurum, tum quidem idem ac imperfecti augmentum erit, si ε, augmentum syllabicum, fuerit positione longum: ut,

σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, *semino, seminabam, avi.*
ζέω, ἔζεον, ἔζεκα, *ferveo, fervebam, ferbui.*
ξέω, ἔξεον, ἔξεκα, *polio, poliebam, polivi.*
ψάλλω, ἔψαλλον, ἔψαλκα, *cano fidibus, canebam, cecini.*

Sin ε sit breve, aut anceps; in præterito perfecto, & cognatis temporibus, repetitur prima consonans præsentis [a], hoc modo:

τύπτω, τέτυφα, *verbero, avi,*
γράφω, γέγραφα, *scribo, scripsi.*

Ancipitem hîc dico, sive communem vocalem, quam sequitur muta cum liquida: ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον, *scribebam, inclinabam, judicabam.*

In quibusdam, licet ε sit breve, aut anceps, nunc prima consonans repetitur, nunc omittitur: ut,

βλαστέω, *vireo*, ἐβλάστηκα, & βεβλάστηκα.
βουλεύω, *consulo*, ἐβούλευκα, & βεβούλευκα.
κρύπτω, *occulto*, ἔκρυφα, & κέκρυφα.
βλακεύομαι, *torpeo*, ἐβλάκευμαι, & βεβλάκευμαι.

At καθαρίζω, *purgo*, solum habet ἐκαθάρικα.

Quorum principium est γν, non repetunt primam consonantem [b]: ut, γνόω, *nosco*, ἔγνωκα· γνωρίζω, *notum reddo*, ἐγνώρικα. Sic γρηγορέω, *vigilo*, ἐγρηγόρηκα.

[a] Vocant hoc ἀναδιπλασιασμὸν, sive *duplicationem*: quam & Latini interdum imitantur: ut, *fallo, fefelli*, similiaque, *pepuli, tetuli, pepigi*, & alia.

[b] Idque, ut videtur, ad vitandam κακοφωνίαν, ac injucundum sonum.

Contrà repetunt eam interdum [a] incepta à κλ, πλ, & μν· quia hæc apud poëtas communem faciunt syllabam. Ut, κλάομαι, *acquiro, possideo*, κέκλημαι· πλόω, *cado*, πέπλωκα· μνάομαι, *memini*, μέμνημαι.

Quæ ab adspiratis incipiunt, pro repetendis adspiratis substituunt tenues.

θείνω, πέθακα, *stimulo, avi.*

φαίνω, πέφαγκα, *luceo, luxi.*

χαίρω, κέχαρκα, *gaudeo, gavisus sum.*

Plusquamperfectum etiam aliud recipit ε ante consonantem repetitam: ut, πέπυφα, ἐπεπύφειν, *verberaveram.*

Sed quandoque hoc tempus contentum est incremento perfecti. Ut, κεκάρκειν, pro ἐκεκάρκειν, à κείρω, *tondeo*: πεθεμελίωτο, pro ἐπεθεμελίωτο, à θεμελιόομαι, *fundor, aris.*

In compositis ab εκ ante augmentum dicimus εξ· ut, ἐκφέρω, *effero*, ἐξέφερον. Composita ab εν, & συν, quæ ν mutârant, vel abjecerant, recipiunt illud. Ἐλλείπω, *relinquo*, ἐνέλειπον· συῤῥάπτω, *converro*, συνέῤῥαπτον· συστρέφω, *converto*, συνέστρεφον.

a Nec enim id perpetuum. Nam legitur & ἔκτημαι, pro κέκτημαι. Item ἔκτακα, à κτείνω, *occido*: ἔκτισμαι, à κτίζομαι, *condor*. Repetitio autem primæ consonantis in iis, quæ sic incipiunt, Æolica esse videtur.

OBSERVATIO.

De Augmento Attico, & Ionico.

Atticè [b] ει mutatur in η, & ευ in ηυ· ut, εἰκάζω, *simile*, εἴκαζον, Atticè ἤκαζον. εὔχομαι, *precor*, εὐχόμην, Atticè ηὐχόμην. εὕδω, *dormio*, εὗδον, Atticè ηὗδον.

b Nam ε, sive solum, sive in diphthongo, mutant in η.

Sic

Sic εἴδειν, ᾔδειν, *noveram*, plusquamperfectum ab εἴδω, *nosco*, *scio*.

Apud Atticos syllabicum augmentum vertitur in temporale, eoque fit duplex: ἔμελλον, ἤμελλον, *debebam*; ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram*.

Attici inchoatorum ab α brevi, ε, & ο[a], præterito communi præfigunt duas priores literas præsentis.

ἐρίζω, *contendo*, ἤρικα, ἐρήρικα. Passivum ἐρήρισμαι.

ἀγείρω, *congrego*, ἤγερκα, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι.

ὄλλω, *perdo*, ὦλα, ὄλωλα, præteritum Medium est.

Corripitur autem præteriti Attici tertia syllaba, si trium syllabarum numerum excesserit; hoc modo: vertitur η in ε· ω in ο· ει & ου abjiciunt ε· οι & υ subjunctivam.

ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα, *molo*:
ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo*:
ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα, *ungo*:
ἐλεύθω, ἤλευκα, ἐλήλυκα, *venio*:
ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, *paro*:
ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio*.

At ἐρείδω, *firmo*, *hæreo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα, ἐρήρεισμαι, ἐρήρειδα· ut differat ab ἐρήρικα, verbi ἐρίζω, *contendo*.

Verbum ἔδω, *edo*, ἦκα, ἔδηκα, & interjecta syllaba δο, ἐδήδοκα[b]. Passivum ἐδήδομαι.

a Etiam ab η in voce ἠμύω, *cado*, *inclino*, citant Grammatici ἐμήμυκα, posito ε pro η, quia prima debet esse brevis, ut mox dicetur.

b Nisi cum Eustathio malis, ab ἐδόω, esse ἤδοκα, hinc Atticè ἐδήδοκα.

Augmentum est vel temporale, vel syllabicum.

Temporale est, quo dictio augetur tempore.

Tempus autem hîc nihil aliud est, quàm mora in pronuntiando: quæ alterâ parte diuturnior est in longâ, quàm in brevi. Unde illa, duo; hæc, unum tempus habere dicitur.

Habet hoc augmentum locum in verbis, quę incipiunt à vocali, aut diphthongo mutabili.

Vocales mutabiles [a] sunt tres: α, ε, ο· quarum priores in η mutantur, tertia in ω.

Diphthongi mutabiles itidem sunt tres: αι, αυ, οι· in quibus similiter α mutatur in η, & ο in ω· at ι subscribitur, υ verò adscribitur: ita αι fit ῃ, αυ fit ηυ, οι fit ῳ.

[a] Φωνήεντα μεταβολικά. Quibus opponuntur ἀμετάβολα.

Si verbum incipiat ab aliâ vocali, aut diphthongo; nulla fiet mutatio propter augmentum: nisi quòd, si anceps, ι vel υ, fuerit in præsenti, ea hîc propter augmentum censetur longa.

Quæ ipsa cum exemplis sequens complectitur tabella.

Vocales	*Mutabiles,*	α, in	η, ἀνύω, ἤνυον, *perficio, perficiebam.*
		ε, in	η, ἐλεύθω, ἤλευθον, *venio, ebam.*
		ο, in	ω, ὀπάζω, ὤπαζον, *prabeo, bã.*
	Immutabiles,		η, ἠχέω, ἤχεον, *resono, resonabam.*
			ι, ἰξεύω, ἴξευον, *aucupor, aucupabar.*
			υ, ὑβρίζω, ὕβριζον, *contumelia afficio, ebam.*
			ω, ὤθω, ὦθον, *impello, impellebam.*

Di-

Diphthongi

Mutabiles,	*αι,* *αυ,* *οι,*	in	*η, αἴρω, ᾖρον, tollo, tollebam.* *ηυ, αὐξάνω, ηὔξανον, augeo, bā.* *ω, οἰκίζω, ᾤκιζον, habito, abam.*
Immutabiles,			*ει, εἰκάζω, εἴκαζον, assimilo, labam.* *ευ, εὐθυνω, εὔθυνον, dirigo, gebam.* *ου, οὐτάζω, οὔταζον, vulnero, abam.*

EXCEPTIO I,

De verbis simplicibus, quæ communi linguâ non augentur, etsi incipiant à vocali aut diphthongo mutabili.

QUatuor servant *α*·

ἄω, spiro, ἄον ut distet ab *ἦον*, quod ab *ἔω, sum: ἀΐω, audio, ἄϊον* ut differat ab *ᾔιον*, quod ab *εἴω*, vel *εἶμι, eo.*

ἀηθέσσω, insuetus sum, ἀήθεσσον, ne concurrant duo *η*.

Eadem ratio est in

ἀηδίζομαι, tædio afficior, fastidio, ἀηδιζόμην.

Οι autem servant profecta

ab *οἶνος*, *vinum,*
- *οἰνίζω, vinum resipio vel redoleo.*
- *οἰνίζομαι, vina comparo.*
- *οἰνοποτάζω, vinum poto.*
- *οἰνόω, in vinum verto, vino modicè repleo.*
- *οἰνοχέω, vinum infundo.*

(on the last two:) Sed duo hæc interdum mutant *οι*.

ab

ab οἰωνὸς, *volucris, augurium,* { οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, } *auguror.*

ab οἴαξ, *temo, gubernaculum navis,* { οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, } *guberno, gubernaculum navis rego.*

His adde

οἰόομαι, *solus ago,* ab οἶος, *solus.*
οἰμάω, *impetu ruo,* ab οἶμος, *semita.*
οἰστράω [a], *œstro concitor,* ab οἶστρος, *œstrum.*
οἰκουρέω, *domũ custodio,* ab οἰκουρὸς, *custos domûs.*
Οἰμώζω, *ploro*, quod ab οἴμοι, ejulantium voce, οἴμωζον facit, & ᾤμωζον [b].

a Quod & οἰστρέω. Sed hoc activè etiam capitur. Ac pro eo legas quoque οἰστρόω.

b Addunt vulgo οἰδαίνω, vel οἰδαίνω, *tumeo*; cum tamen id veniat ab οἰδέω, unde ᾠδηκὸς, apud Hesychium & Suidã.

EXCEPTIO II,

De Simplicibus, quæ aliter augentur ac dictum est.

VOcalem ε plurima non in η mutant, sed augent addito ι·

ἔχω, *habeo:* ἕπω, *dico:*
ἕλω, inusitatum thema, pro αἱρέω, *capio;* ἕλκω, ἑλκέω, & ἑλκύω, *traho.*
ἕρπω, & ἑρπύζω, *serpo:* ἑστήκω, *sto:*
ἕπομαι, *sequor:* ἐρέω, *dico, interrogo:*
ἑστιάω, *convivium celebro:* ἐάω, *sino:*
ἕω, *induo, colloco:* ἐρύω, *traho:*
ἔθω, *consuesco:* ἐθίζω, *consuefacio:*
ἐργάζομαι, *operor:* ἑλίσσω, *volvo:*
ἕζομαι [c], *sedeo.*
ἔχω, εἶχον, non ἦχον· & ita in reliquis.

c Hoc addit Herodianus.

ἔπω, εἶπον, *dixi*: εἰπὲ, *dic*: εἰπὼν, *qui dixit*: in omnibus modis servat augmentum.

ἑστήκω, *sto, persto, permaneo*: εἱστήκειν, *steteram*, plusquamperfectum Medium: nam perfectum ἕστηκα sine augmento: nisi id verius sit Activum ab ἵστημι, & ἕστακα dicatur per α, more Dorico.

ἕω, sive ponatur pro *induo*, sive pro *sedere jubeo, colloco*, facit in passivo præterito εἷμαι, *indutus sum, sedi*.

Ἐρέω, *dico*: εἴρηκα, εἴρημαι· unde εἰρήθην, & eliso ι, ἐρήθην.

Ἔθω, *consuesco*: εἴωθα, præteritum medium, per pleonasmum τοῦ ω.

E ante ο retinet ε, sed mutat ο in ω· ut ἑορτάζω, *ferior*, ἑώρταζον, pro ἥορταζον.

EXCEPTIO III,

De Compositis, quorum alia in initio, alia in medio, alia utrobique augentur.

Composita quædam in medio augentur. Hujusmodi sunt, quæ post εὖ, & δυς, habent vocalem mutabilem[a]. Ut, εὐορκῶ, *sanctè juro*, vel *juramentum religiosè servo*, εὐώρκουν· δυσαρεστῶ, *morosus sum*, δυσηρέστουν.

Sic εὐεργετῶ, *beneficio afficio*: εὐαγγελίζομαι, *læta nuntio, bonum nuntium affero*: δυσαπιστῶ, *difficulter credo, diffido*.

Præterea in medio augentur composita ex præpositione & verbo, quorum etiam simplicia sunt in usu: βάλλω, *jacio*; προσβάλλω, *adjicio*,

a Non item, si immutabilis sit: nam ab εὐωχέω, *convivio excipio*, est εὐώχουν à δυσωπέω, *exoro, pudore afficio, flecto*, ἐδυσώπουν.

προσέβαλλον, non ἐπρόσβαλλον. Sic *ἀλλάσσω, muto*; ἐναλλάσσω, *immuto*, ἐνήλλασσον.

Item compoſita ex præpoſitione & nomine, vel derivata à nomine compoſito cum præpoſitione: ut, διακονέω, *miniſtro*, διηκόνουν· ἀναχαιτίζω, *retro ago*; ἀναιχαίτιζον· παρασπονδέω, *contra fœdus ago*, παρεσπόνδεον· προφητεύω, *propheto*, προεφήτευον· συνεργέω, *in opere adjuvo*, συνήργεον, &c.[a]

Nonnulla autem eorum, quæ cum præpoſitione componuntur, nunc initio, nunc in medio augentur: ut, ab ἐμπολάω, *lucror* (cujus ſimplex non eſt in uſu: alii ex πωλέω, *vendo*, faciunt), tum ἐμπεπολήκαμεν legitur apud Lucianum, tum ἠμπόληκας apud Sophoclem.

Nonnulla utrobique augentur: ut,

ἐνοχλέω, *turbo*, ἠνώχλουν.
ἀνορθόω, *corrigo*, ἠνώρθουν.
παροινέω, *vinolentiâ pecco*, ἐπαρῴνεον[b].
ἀνέχομαι, *patior, tolero*, ἠνειχόμην, & in aoriſto ſecundo ἠνεσχόμην· ἀμπέχομαι, *induor, circumeo*, ἠμπεσχόμην.

At initio augentur, quæ è duobus nominibus, aut è nomine, vel pronomine, & verbo componuntur, ſive potiùs à nomine ex iſtis compoſito derivantur: ut,

φιλοσοφέω, *philoſophor*, ἐφιλοσόφουν.
αὐτομολέω, *ſponte venio*, ηὐτομόλουν.
βιβλιοπωλέω, *libros vendo*, ἐβιβλιοπώλουν.

Sic χειραγωγέω, *manu duco*: ὀρθοβατέω, *rectus incedo*: ἀκρολογέω, *ſummas ſpicas lego*: λιθοβολέω

[a] Similiter in temporibus aliis. Ut, ἐπιδημῶ, *peregrinor*, ἐπιδεδήμηκα· ἐπιορκῶ, *pejero*, ἐπιώρκηκα· ἐπιστατῶ, *præſum*, ἐπεστάτηκα.

[b] Sic in præterito perf. πεπαρῴνηκα, & aoriſto, ἐπαρῴνησεν.

θεοβολέω, lapides jacio: οἰκονομέω, *administro*, &c[a].

Item, derivata à nomine composito cum α privativo, vel ὁμȣ͂, *simul*: ut,

ab ὁ ἄφρων, *insipiens*; ἀφρονέω, *insipiens sum*, ἠφρόνȣν.

ab ὁ ὁμόφρων, *concors*, sive *ejusdem sententiæ*; ὁμοφρονέω, *concors sum*, *idem sentio*, ὡμοφρόνȣν.

Sic ἀτυχέω, *infelix sum*; ab ὁ καὶ ἡ ἀτυχὴς, *infelix*.

ὁμολογέω, *consentio*, *confiteor*; ab ὁ ὁμόλογος, *consentiens*.

Item, venientia à nomine cum δυς composito[b], sequente consonante: ut,

ab ὁ καὶ ἡ δυστυχὴς, *infelix*; δυστυχέω, *infelix sum*, ἐδυστύχȣν.

ab ὁ καὶ ἡ δυσχερὴς, *difficilis*; δυσχεραίνω, *ægre fero*, ἐδυσχέραινον.

Vel etiam sequente vocali immutabili: ut, δυσωπέω, *pudore flecto*, *exoro*, ἐδυσώπεον.

Composita item cum præpositione, si ea nihil addit ad significatum: ut,

εὕδω, καθεύδω, *dormio*, ἐκάθευδον[c].

a Ἐγγυάω, quia derivatum est à composito nomine ἡ ἐγγύη, *sponsio*, eò & ipsum initio augetur: unde aor. 1. ἠγγύασε, & imperf. ἠγγυᾶτο. Sed idem cum augmento in medio invenias: ut in perfecto ἐγγεγύηκε, aor. 1. ἐνεγγύησε, unde ἐνεγγυησάμην. Et sine augmento, ut ἐγγυᾶτο, & παρεγγύησε. Sic ἐνεχυριάζομαι, sive ἐγχυριάζομαι, *oppignero*, quod ab ἐνέχυρον, sive ἔγχυρον, *pignus*; interdum initio, interdum medio augetur, interdum augmento caret. b Addunt alii, fieri idem in iis, quæ veniunt à nomine composito cum εὐ. Ut, ab ὁ καὶ ἡ εὐτελὴς, *vilis*, εὐτελίζω, *vilipendo*, ηὐτέλιζον. Sed hoc Atticorum est, qui & in aliis εὐ mutant, ut postea dicetur. At lingua communis εὐ retinet immutatum, etiam in hujusmodi compositis. Ut, ὁ εὔλογος, *rationi consentaneus*; εὐλογέω, *benedico*, εὐλόγȣν, in Psal. ὁ καὶ ἡ εὐσεβὴς, *pius*, εὐσεβέω, *pietatem colo*, εὐσέβȣν. c Dicitur & καθεῦδον, accentu in penultima, & absque augmento. Nam composita è dissyllabis à vocali inchoatis, si in medio augentur, vel nullum habent augmentum, circum-

οἴγω, ἀνοίγω, *aperio*, ἤνοιγον.

ἴσημι, ἐπίσταμαι, *scio*, ἠπιστάμην. quod & absque augmento ἐπιστάμην. Vide Imperf. Verbi Med. ἵσταμαι. pag. 234.

Item quædam, quorum simplicia non sunt in usu: ut,

ἀμφισβητῶ, *dubito*, ἠμφισβήτουν.

ἀντιβολῶ, *supplico, oro*, ἠντιβόλουν.

ἀντιδικέω, *contra adversarium ago*, ἠντιδίκουν.

At sunt alia hujus generis, quæ in medio augeantur: ut,

ἀπολαύω, *fruor*, ἀπέλαυον, & Atticè[a] ἀπήλαυον.

ἐπιχειρῶ, *aggredior*, ἐπεχείρουν.

ἐγκωμιάζω, *celebro, laudo*, ἐνεκωμίαζον[b], & assumto γ, ἐνεγκωμίαζον.

cumflectunt penultimá. Ut, συνάγω, *cogo*, συνῆγον· παρείκω, *concedo*, παρεῖκον· καθήκω, *devenio*, καθῆκον.

a De quo aliquantò post.

b Redeunte ν, in quod γ erat mutatū ob sequens κ.

DE AUGMENTO SYLLABICO.

Augmentum Syllabicum est, quo verbum augetur numero Syllabarum: atque habet locum in verbis incipientibus à consonante. Fitque hoc modo. In temporibus, quæ solùm in indicativo habent augmentum, ut sunt imperfectum, aoristus primus, & secundus, tantùm præponitur ε· ut, τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον.

Litera ρ propter syllabicum augmentum geminatur: ῥίπτω, *projicio*, ἔῤῥιπτον· & ρ posterius adspiratur, prius lenem habet spiritum. siquidem nulla syllaba desinit in adspiratam: sed si litera geminetur, prior est tenuis: ἡ Ἀτθὶς, ἡ Σαπφὼ, ὁ Βάκχος, *Attica, Sappho, Bacchus*.

In

In temporibus verò, quæ etiam extra indicativum augentur, ut sunt, perfectum, plusquamperfectum, & paullo pòst futurum, tum quidem idem ac imperfecti augmentum erit, si ε, augmentum syllabicum, fuerit positione longum: ut,

σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, *semino, seminabam, avi.*
ζέω, ἔζεον, ἔζεκα, *ferveo, fervebam, ferbui.*
ξέω, ἔξεον, ἔξεκα, *polio, poliebam, polivi.*
ψάλλω, ἔψαλλον, ἔψαλκα, *cano fidibus, canebam, cecini.*

Sin ε sit breve, aut anceps; in præterito perfecto, & cognatis temporibus, repetitur prima consonans præsentis [a], hoc modo:

τύπτω, τέτυφα, *verbero, avi,*
γράφω, γέγραφα, *scribo, scripsi.*

Ancipitem hîc dico, sive communem vocalem, quam sequitur muta cum liquida: ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον, *scribebam, inclinabam, judicabam.*

In quibusdam, licet ε sit breve, aut anceps, nunc prima consonans repetitur, nunc omittitur: ut,

βλαστέω, *vireo,* ἐβλάστηκα, & βεβλάστηκα.
βουλεύω, *consulo,* ἐβούλευκα, & βεβούλευκα.
κρύπτω, *occulto,* ἔκρυφα, & κέκρυφα.
βλακεύομαι, *torpeo,* ἐβλάκευμαι, & βεβλάκευμαι.
At καθαρίζω, *purgo,* solum habet ἐκαθάρικα.

Quorum principium est γν, non repetunt primam consonantem [b]: ut, γνόω, *nosco,* ἔγνωκα· γνωρίζω, *notum reddo,* ἐγνώρικα. Sic γρηγορέω, *vigilo,* ἐγρηγόρηκα.

[a] Vocant hoc ἀναδιπλασιασμὸν, sive *duplicationem:* quam & Latini interdum imitantur: ut, *fallo, fefelli,* similiaque, *pepuli, tetuli, pepigi,* & alia.

[b] Idque, ut videtur, ad vitandam κακοφωνίαν, ac injucundum sonum.

Contrà repetunt eam interdum [a] incepta à κτ, πτ, & μν quia hæc apud poëtas communem faciunt syllabam. Ut, κτάομαι, *acquiro*, *possideo*, κέκτημαι· πτόω, *cado*, πέπτωκα· μνάομαι, *memini*, μέμνημαι.

Quæ ab adspiratis incipiunt, pro repetendis adspiratis substituunt tenues.

θείνω, τέθακα, *stimulo*, *avi*.
φαίνω, πέφαγκα, *luceo*, *luxi*.
χαίρω, κέχαρκα, *gaudeo*, *gavisus sum*.

Plusquamperfectum etiam aliud recipit ε ante consonantem repetitam: ut, τέτυφα, ἐτετύφειν, *verberaveram*.

Sed quandoque hoc tempus contentum est incremento perfecti. Ut, κεκάρκειν, pro ἐκεκάρκειν, à κείρω, *tondeo*: πεθεμελίωτο, pro ἐπεθεμελίωτο, à θεμελιόομαι, *fundor*, *aris*.

In compositis ab εκ ante augmentum dicimus εξ· ut, ἐκφέρω, *effero*, ἐξέφερον. Composita ab εν, & συν, quæ ν mutârant, vel abjecerant, recipiunt illud. Ἐλλείπω, *relinquo*, ἐνέλειπον· συῤῥάπτω, *converro*, συνέῤῥαπτον· συςρέφω, *converto*, συνέςρεφον.

[a] Nec enim id perpetuum. Nam legitur & ἔκτημαι, pro κέκτημαι. Item ἔκτακα, à κτείνω, *occido*: ἔκτισμαι, à κτίζομαι, *condor*. Repetitio autem primæ consonantis in iis, quæ sic incipiunt, Æolica esse videtur.

OBSERVATIO.

De Augmento Attico, & Ionico.

ATticè [b] ει mutatur in η, & ευ in ηυ· ut,
εἰκάζω, *similo*, εἴκαζον, Atticè ᾔκαζον.
εὔχομαι, *precor*, εὐχόμην, Atticè ηὐχόμην.
εὕδω, *dormio*, εὗδον, Atticè ηὗδον.

[b] Nam ε, sive solum, sive in diphthongo, mutant in η.

Sic

Sic εἴδειν, ᾔδειν, *noveram*, plusquamperfectum ab εἴδω, *nosco, scio*.

Apud Atticos syllabicum augmentum vertitur in temporale, eoque fit duplex: ἔμελλον, ἤμελλον, *debebam*; ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram*.

Attici inchoatorum ab α brevi, ε, & ο[a], præterito communi præfigunt duas priores literas præsentis.

ἐρείζω, *contendo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα. Passivum ἐρήρεισμαι.

ἀγείρω, *congrego*, ἤγερκα, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι.

ὄλλω, *perdo*, ὦλα, ὄλωλα, præteritum Medium est.

Corripitur autem præteriti Attici tertia syllaba, si trium syllabarum numerum excesserit; hoc modo: vertitur η in ε· ω in ο· ει & ου abjiciunt ε· οι & ο subjunctivam.

ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα, *molo*:
ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo*:
ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα, *ungo*:
ἐλεύθω, ἤλουκα, ἐλήλυκα, *venio*:
ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, *paro*:
ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio*.

At ἐρείδω, *firmo, hæreo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα, ἐρήρεισμαι, ἐρήρειδα· ut differat ab ἐρήρεικα, verbi ἐρείζω, *contendo*.

Verbum ἔδω, *edo*, ἦκα, ἔδηκα, & interjecta syllaba δο, ἐδήδοκα [b]. Passivum ἐδήδομαι.

[a] Etiam ab η in voce ἠμύω, *cado, inclino*, citant Grammatici ἐμήμυκα, posito ε pro η, quia prima debet esse brevis, ut mox dicetur.

[b] Nisi cum Eustathio malis, ab ἐδόω, esse ἤδοκα, hinc Atticè ἐδήδοκα.

Sic ἄγω, *duco*, assumit γο: ἦχα, ἄγηχα, ἀγήγοχα· sed Euphonia tollit γ, ἀγήοχα [a].

[a] Bœoticè ἀγείοχα, η in ει mutato.

Iones interdum & inceptis ab αι præfigunt duas literas thematis: ut, αἱρέω, *capio*, αἴρηκα, ἀραίρηκα· unde ἀναραιρηκὼς, apud Herod. Terps.

Inceptis ab ο, vel ω, Præteritum Atticum præfigit ε·

ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα, *video*.

οἴγω, ᾦγα, ἔωγα, *aperio*: unde fit ἀνέωγα.

ὤθω, *impello*, ὦσμαι, ἔωσμαι.

ὠνέομαι, *emo*, ὤνημαι, ἐώνημαι.

Idem fit in Præterito Imperfecto: ἑώρων, *videbam*: ἐωνούμην, *emebam*: & consimilibus.

Sic εἴκω, *assimilo*, *conveniens sum*: Medium Præteritum facit οἶκα· unde ἔοικα, *similis sum*.

Accidit hoc & in Aoristis aliorum quoque verborum: ut,

ἄγνυμι *frango*, ab ἄγω habet ἦξα, & Att. ἔαξα. Sic ἧκα, ἔηκα, *misi*: unde ξυνέηκα, *commisi*; item, *intellexi*: εἶπα, ἔειπα, *dixi*, προσέειπα, *allocutus sum*: ὠσάμην, ἐωσάμην, *impuli*. Sed hujusmodi magis Poëtarum sunt.

Cæterum ε, augmentum Atticum, spiritum sortitur præsentis [b]: ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα, *vidi*: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἐώνημαι, *emi*.

Interdum etiam Attici inceptis ab ου, & ω, quæ non recipiunt temporale augmentum, præponunt ε· ut,

οὐρέω, *meio*: perf. οὔρηκα, Atticè ἐούρηκα [c].

ὤθω,

[b] Contra canonem generalem, quo ε, augmentum syllabicum, semper habet spiritum lenem: ut, θάπτω, *sepelio*, ἔθαπτον.

[c] Unde apud Aristophanem, in Lysistratâ, ℣. 406, in composito, ἐνεούρηκα, *imminxi*.

ὠθω, *pello*: aor. 1. *ὦσα*, Atticè autem *ἔωσα*.

Attici præterea pro incremento λε, & με, ponunt ει diphthongum.

λήβω, *sumo*, *λέληφα*, *εἴληφα*.

μείρομαι, *sortior*, *μέμαρμαι*, *εἵμαρμαι*· ex quo *εἱμαρμένη*, *fatum*.

Atticum Plusquamperfectum temporaliter initio augetur.

ἀγήγερκα, *congregavi*, & *ἐγήγερκα*, *excitavi*, *ἠγηγέρκειν*.

ὀρώρυχα, *fodi*, *ὠρωρύχειν*.

ἀκήκοα, *audivi*, *ἠκηκόειν*.

Excipe *ἐληλύκειν*, & *ἐληλύθειν*, *veneram*; ab *ἐλήλυκα* & *ἐλήλυθα*, quæ ab *ἐλεύθω*, *venio*.

At *ἔολπα*, *speravi*, *ἐώλπειν*· *ἔοργα*, *feci*, *patravi*, *ἐώργειν*· *ἔοικα*, *similis sum*, *ἐῴκειν*· augentur secunda syllaba, pro *ἠόλπειν*, *ἠόργειν*, *ἠοίκειν*.

Iones in aoristo secundo usurpant augmentum perfecti: ut, *κάμνω*, *laboro*; *ἔκαμον*, *κέκαμον*· *χάζω*, *recedo*; *ἔχαδον*, *κέχαδον*· *τύκω*, *apparo*; *ἔτυκον*, *τέτυκον*· *δαίω*, *disco*; *ἔδαον*, *δέδαον*· *μάρπτω*, *prehendo*; *ἔμαρπον*, *μέμαρπον*.

Proximum erat, ut *de Mutatione penultimæ* ageretur. Sed quia hæc pro temporibus ac conjugationibus variat; commodius ea doctrina in paradigmatis flexione, unà cum temporis cujusque formatione explicabitur. Nunc videamus

DE TERMINATIONE.

DE Terminatione sunt hæ regulæ.

I. Eadem est terminatio præsentis & futurorum ejusdem modi. Excipe futura prima quintæ conjugationis, & futura secunda cujuscumque conjugationis, quæ circumflectuntur: inque conjugando ε præsentis adsciscit ι, & ο adsciscit υ.

II. Aoristus secundus in voce activâ, & mediâ, est ejusdem terminationis, ac imperfectum ejusdem vocis. Sed in infinitivo activo circumflectitur ultima; in participio verò acuitur.

III. In voce mediâ præsens, & imperfectum, eandem habent vocem, ac passivum. Perfectum ac plusquamperfectum eandem habent terminationem, ac activum. Itaque tantum aoristus primus peculiarem habet terminationem. nam aoristum secundum cum imperfecto, ac futura cum præsenti convenire, antea diximus.

ACTIVUM.

		Sing.			Dual.		Plural.		
	Pers.	1	2	3	2	3	1	2	3
MODI INDICATIVI	Præs. & Fut. 1.	ω	εις	ει	ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι.
	Fut. 2.	ῶ	εῖς	εῖ	εῖτον	εῖτον	οῦμεν	εῖτε	οῦσι.
	Imperfect. & Aor. 2.	ον	ες	ε	ετον	έτην	ομεν	ετε	ον.
	Perf.	α	ας	ε	ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι.
	Plusquamperf.	ειν	εις	ει	ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν.
	Aor. 1.	α	ας	ε	ατον	άτην	αμεν	ατε	αν.
IMPERATIVI	Præs. Perf. Aor. 2.		ε	έτω	ετον	έτων		ετε	έτωσαν.
	Aor. 1.		ον	άτω	ατον	άτων		ατε	άτωσαν.
OPTATIVI	Pr. Perf. Aor. 2. Fut. 1.	οιμι	οις	οι	οιτον	οίτην	οιμεν	οιτε	οιεν.
	Fut. 2.	οῖμι	οῖς	οῖ	οῖτον	οίτην	οῖμεν	οῖτε	οῖεν.
	Aor. 1.	αιμι	αις	αι	αιτον	αίτην	αιμεν	αιτε	αιεν.
SUBJUNCTIVUS ubique		ω	ῃς	ῃ	ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι.
INFINITIVI	Præs. Fut. 1.	ειν. Aor. 2, Fut. 2, εῖν.							
	Perf.	έναι. Aor. 1. αι.							
PARTICIPII	Præs. Fut. 1.	ων, ουσα, ον.							
	Perf. ὼς, ῦια, ός.	Aor. 1. ας, ασα, αν.							
	Aor. 2. ὼν, οῦσα, όν.	Fut. 2. ῶν, οῦσα, οῦν.							

PAS-

PASSIVUM.

INDICATIVI	Præſ. & Fut. triplex.	ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται.
	Imperf.	όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο.
	Perf.	μαι	σαι	ται	μεθον	σθον	σθον	μεθα	σθε	μένοι εἰσὶ, (vel νται.
	Pluſquamperf.	μην	σο	το	μεθον	σθον	σθην	μεθα	σθε	μένοι ἦσαν. (vel ντο.
	Aor. 1, & 2.	ην	ης	η		ητον	ήτην	ημεν	ητε	ησαν.
IMPERATIVI	Præſ.		ου	έσθω		εσθον	έσθων		εσθε	έσθωσαν.
	Perfect.		σο	σθω		σθον	σθων		σθε	σθωσαν.
	Aor. 1, & 2.		ηθι	ήτω		ητον	ήτων		ητε	ήτωσαν.
OPTATIVI	Præſ. & Fut. triplex.	οίμην	οιο	οιτο	οίμεθον	οισθον	οίσθην	οίμεθα	οισθε	οιντο.
	Perfect.	μένος / εἴην	μένος / εἴης	μένος / εἴη		μένω / εἴητον	μένω / εἰήτην	μένοι / εἴημεν	μένοι / εἴητε	μένοι. / εἴησαν.
	Aor. 1, & 2.	είην	είης	είη		είητον	ειήτην	είημεν	είητε	είησαν.
SUBJUNCTIVI	Præſ,	ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται.
	Perf.	μένος / ὦ	μένος / ᾖς	μένος / ᾖ		μένω / ἦτον	μένω / ἦτον	μένοι / ὦμεν	μένοι / ἦτε	μένοι. / ὦσι.
	Aor. 1, & 2.	ῶ	ῇς	ῇ		ῆτον	ῆτον	ῶμεν	ῆτε	ῶσι.

IN

INFINITIVI Præſ. & Fut. triplex. σθαι. Perf. θαι. Aor. 1, & 2. ῆναι.

PARTICIPII
- Præſ. & Fut. triplex. όμενος, ομένη, όμενον.
- Perfect. μένος, μένη, μένον.
- Aor. 1, & 2. εὶς, εῖσα, έν.

MEDIUM.

Terminatio Aoriſti primi in voce media; quam ſolam huic voci peculiarem eſſe, ſupra oſtendimus.

INDIC.	άμην	ω	ατο	άμεθον	ασθον	άσθην	άμεθα	ασθε	αντο.
IMPER.		αι	άσθω		ασθον	άσθων		ασθε	άσθωσαν.
OPTAT.	αίμην	αιο	αιτο	αίμεθον	αισθον	αίσθην	αίμεθα	αισθε	αιντο.
SUBJUN.	ωμαι	η	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωνται.
INFIN.	ασθαι.	PART.		άμενος,	αμένη,	άμενον.			

Tempora circumflexa, ut fut. 2.

INDIC.	οῦμαι	ῆ	εῖται	ούμεθον	εῖσθον	εῖσθον	ούμεθα	εῖσθε	οῦνται.
OPTAT.	οίμην	οῖο	οῖτο	οίμεθον	οῖσθον	οίσθην	οίμεθα	οῖσθε	οῖντο.
INFIN.	εῖσθαι.	PART.		ούμενος,	ουμένη,	ούμενον.			

VERBI ACTIVI, MODI INDICATIVI

Præsens[a].

a Quod *thema* dicitur, quia primò ponitur in verbo, à τίθεσθαι, *ponere.*

S. τύπτω, τύπτεις, τύπτει, *verbero, as, at,*
D. τύπτετον, τύπτετον, *verberatis, ant, duo,*
P. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι, *mus, atis, ant.*

Imperfectum.

S. ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε, *rabam, bas, bat,*
D. ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, *abatis, abant, duo,*
P. ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, *mus, atis, ant.*

Imperfectum formatur à præſenti, mutando ω in ον, & addendo augmentum: τύπτω, ἔτυπτον.

Dativis pluralibus, aut perſonis in ι deſinentibus, additur ν, ſequente vocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*: τύπτουσιν αὐτὸν, *verberant ipſum.* Sic perſonis in ε, ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.*

Attici tertiis perſonis in ι, vel ε, addunt literam ν, etiam ante conſonantem: τύπτουσιν, vel ἔτυπτεν τοῦτον, *verberant*, vel *verberabat hunc.*

Tertia pluralis par primæ ſingulari, ἔτυπτον. Sed Bœoti in imperfecto, & aoriſto ſecundo, hanc perſonam faciunt ſyllabis parem primæ plurali: ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν· ἐτύπομεν, ἐτύποσαν· unde ſunt illa; εἴδοσαν, *noverunt*; ἐμάθοσαν, *didicerunt*; ἤλθοσαν, *venerunt*; ab εἶδον, ἔμαθον, ἦλθον.

Præ-

Præteritum perfectum.

S. πέτυφα, πέτυφας, πέτυφε, *verberavi, sti, vit,*
D. τετύφατον, τετύφατον, *vistis, averunt, duo,*
P. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι, *vimus, stis, runt.*

In formatione temporum ultra imperfectum duo hæc observentur.

I. Si in præsenti sit πτ, κτ, λλ, aut μν, abjicienda est posterior. Ita τύπτω, fit τύπω[a]. πίκτω, *pario*, πίκω[b]. ψάλλω, *fidibus cano*, ψάλω. τέμνω, *seco*, τέμω.

[a] Nempe τ, post π, & κ, abjicitur ut litera adscititia.

[b] A quo τίκτω factum, verso ε in ι, ut alibi diximus.

II. Verba quartæ, si sequantur secundam, finguntur desinere in γω· sin tertiam sequuntur, finguntur desinere in δω. Sic ὀρύττω, *fodio*, fingitur esse ὀρύγω· unde ὀρύξω, ὤρυχα· uti à λέγω, *dico*, λέξω, λέλεχα. Contra φράζω, *loquor*, fingitur esse φράδω· unde φράσω, πέφρακα· ut ab ἄδω, *satio*, ἄζω, ἧκα.

Hæc duo pertinent ad omnia tempora ultra imperfectum; nunc de præteriti perfecti formatione seorsum videamus.

PERFECTUM fit à præsenti, addendo augmentum, & mutando ultimam syllabam in *primâ* conjugatione in φα· ut, τύπτω, τύπω, τέτυφα.

In *secundâ*, & verbis *quartæ* secundam sequentibus, in χα·

λέγω, *dico*, λέλεχα,
παίζω, *ludo*, πέπαιχα.

In *tertiâ*, & verbis *quartæ* tertiam sequentibus, item *sextâ*, in κα.

πλήθω,

VERBI ACTIVI, MODI

Indicativi

Præsens[a].

[a] Quod *thema* dicitur, quia primò ponitur in verbo, à τίθεσθαι, *ponere.*

S. τύπτω, τύπτεις, τύπτει, *verbero, as, at,*
D. τύπτετον, τύπτετον, *verberatis, ant, duo,*
P. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι, *mus, atis, ant.*

Imperfectum.

S. ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε, *rabam, bas, bat,*
D. ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, *abatis, abant, duo,*
P. ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, *mus, atis, ant.*

Imperfectum formatur à præsenti, mutando ω in ον, & addendo augmentum: τύπτω, ἔτυπτον.

Dativis pluralibus, aut personis in ι desinentibus, additur ν, sequente vocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*: τύπτουσιν αὐτὸν, *verberant ipsum.* Sic personis in ε, ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.*

Attici tertiis personis in ι, vel ε, addunt literam ν, etiam ante consonantem: τύπτουσιν, vel ἔτυπτεν τοῦτον, *verberant*, vel *verberabat hunc.*

Tertia pluralis par primæ singulari, ἔτυπτον. Sed Bœoti in imperfecto, & aoristo secundo, hanc personam faciunt syllabis parem primæ plurali: ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν· ἐτύπομεν, ἐτύποσαν· unde sunt illa; εἴδοσαν, *noverunt*; ἐμάθοσαν, *didicerunt*; ἤλθοσαν, *venerunt*; ab εἶδον, ἔμαθον, ἦλθον.

Præ-

Præteritum perfectum.

S. τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε, *verberavi, sti, vit,*
D. τετύφατον, τετύφατον, *vistis, averunt, duo,*
P. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι, *vimus, stis, runt.*

In formatione temporum ultra imperfectum duo hæc observentur.

I. Si in præsenti sit πτ, κτ, λλ, aut μν, abjicienda est posterior. Ita τύπτω, fit τύπω [a]· τίκτω, *pario*, τέκω [b]· ψάλλω, *fidibus cano*, ψάλω· τέμνω, *seco*, τέμω.

II. Verba quartæ, si sequantur secundam, finguntur desinere in γω· sin tertiam sequuntur, finguntur desinere in δω. Sic ὀρύττω, *fodio*, fingitur esse ὀρύγω· unde ὀρύξω, ὤρυχα· uti à λέγω, *dico*, λέξω, λέλεχα. Contra φράζω, *loquor*, fingitur esse φράδω· unde φράσω, πέφρακα· ut ab ἄδω, *satio*, ἄζω, ἧκα.

[a] Nempe τ, post π, & κ, abjicitur ut litera adscititia.

[b] A quo τίκτω factum, verso ε in ι, ut alibi dicemus.

Hæc duo pertinent ad omnia tempora ultra imperfectum; nunc de præteriti perfecti formatione seorsum videamus.

PERFECTUM fit à præsenti, addendo augmentum, & mutando ultimam syllabam in *primâ* conjugatione in φα· ut, τύπτω, τύπω, τέτυφα.

In *secundâ*, & verbis *quartæ* secundam sequentibus, in χα·

λέγω, dico, λέλεχα,
παίζω, ludo, πέπαιχα.

In *tertiâ*, & verbis *quartæ* tertiam sequentibus, item *sextâ*, in κα.

πλήθω,

πλήθω, *impleo*, πέπληκα.

φράζω, *loquor*, πέφρακα.

γελάω, *rideo*, γεγέλακα.

In *quintâ* ultima litera mutatur in κα.

Sed dissyllaba mutant ε, αι, & ει, in α.

Quod autem ad characteristicas attinet, λ & ρ manent.

στέλλω, *mitto*, ἔσταλκα.

φαίνω, *luceo*, πέφαγκα.

σπείρω, *semino*, ἔσπαρκα.

Μ servatur quidem, sed adsciscitur η.

νέμω, *pasco*, νενέμηκα, pro νένεμκα.

βρέμω, *fremo*, βεβρέμηκα.

κάμνω, *laboro*, κεκάμηκα, & per syncopen κέκμηκα. Ac similiter per syncopen à δέμω, *struo*, & τέμνω, *seco*, dicitur δέδμηκα, & τέτμηκα.

Ν vertitur in γ· φαίνω, *luceo*, πέφαγκα· μολύνω, *inquino*, μεμόλυγκα. Semper enim ν ante γ, κ, ξ, χ, migrat in γ. Κερδαίνω, *lucror*, facit κεκέρδακα [a], abjecto ν.

Dissyllaba quoque in είνω, ίνω, ύνω, abjiciunt ν.

κλείνω, *interimo*, ἔκτακα.

κρίνω, *accuso*, *judico*, κέκρικα.

θύνω, *impetu feror*, τέθυκα.

Μένω, *maneo* [b], facit μεμένηκα. Nam accipit η instar eorum, in quibus characteristica est μ.

Interdum autem casu ita fit, ut à multis verbis idem veniat præteritum [c]. Velut ἧκα ab ἥδω, *delecto*: ἕζω, *colloco*, *pono*: ἕω, *induo*, *colloco*: ἥκω, *venio*: ἵημι, *jacio*.

[a] Juxta Chœroboscum.

[b] Perperam dicunt, capere tempora à μενέω.

[c] Latè sumtum, ita ut sit unum ex præteritis quinque, & præteritum tàm indicativi activi, quàm indicativi medii: nam ἧκα ab ἵημι est aor. 1. indic. act. & ἧκα ab ἥκω est perf. indic. medii: reliqua sunt perf. indicativi activi.

Per-

Perfecti Attici penultimam ε dissyllabi primæ & secundæ conjugationis vertunt in ο· πέμπω, *mitto*, πέπεμφα, *communiter*, Atticè πέπομφα· βρέχω, *irrigo*, βέβρεχα, βέβροχα.

Plusquamperfectum.

S. ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει, *verberaveram, ras, rat.*

D. ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην, *ratis, rant, duo.*

P. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν, *ramus, ratis, rant.*

A Perfecto deducitur, converso α in ειν. In fronte sumitur ε, si Perfectum incipiat à consonante: τέτυφα, ἐτετύφειν [a]· alioqui idem principium: ἤνυκα, ἠνύκειν, *perfeci, perfeceram.*

[a] Augmentum syllabicum in plusquamperfecto sæpè omittitur etiam in prosa: ut πεποιήκει, κεχειρώτο, &c.

Atticè prima singularis plusquamperfecti amittit ν· ἐτετύφη ἐγὼ, *verberâram ego.* Sic ᾔδη pro ᾔδειν, ab εἴδω, *scio, video.* Tertia autem pluralis Atticè effertur per εσαν· ἐτετύφεσαν, ᾔδεσαν.

SEQUITUR χρόνος ἀόριστος, sive *tempus infinitum*: quod ita vocari constat, quia incerta sit temporis significatio. Sed hoc non uno omnes modo explicant. Vulgo ita appellari aiunt, quia non liqueat, paullone, an multo ante, res præterierit. Sed hic usus aoristi vix umquam à scriptoribus observatur. Verius igitur sic dicitur, quia nunc pro perfecto, nunc pro plusquamperfecto, quandoque etiam pro imperfecto ponatur. Imò non præteriti tantùm; sed crebrò etiam præsentis significationem

nem habet, præsertim in infinitivo [a]: interdum & futuri, maximè in imperativo, & subjunctivo. Quæ omnia usus docebit.

Aoristus primus.

S. ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, *verberavi, sti, avit.*
D. ἐτύψατον, ἐτυψάτην, *vistis, erunt, duo.*
P. ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν, *vimus, istis, erunt.*

Fit à futuro primo, mutando ω in α, & addendo augmentum: τύψω, ἔτυψα.

Aoristus primus interdum non servat consonantem futuri. Ut, ἔπω, εἶπα, *dico*: ἐνέγκω, ἤνεγκα, *fero*; (Ionicè ἐνείκω, ἤνεικα·) τίθημι, ἔθηκα, *pono*: δίδωμι, ἔδωκα, *do*: ἵημι, ἧκα, *mitto*. Duo prima etiam in reliquis modis usurpantur: tria ultima minimè.

Quatuor scribuntur purè: χέω, *fundo*, ἔχεα, vel Æolicè ἔχευα· καίω, vel κάω, *accendo*, ἔκηα· σεύω, *agito*, ἔσευα· ἀλεύω, *evito*, ἤλευα· sublatâ futuri consonante.

Adde κέω, *cubo*, ἔκεια· ἀκέω, *sano*, ἤκεια, unde ἀκειάμενος, apud Hom.* δέω, *invenio*, ἔδηα, apud Hesychium. Et videtur ab aoristo activo ἔπελα, similiter esse medius ἐπελάμην, *emi*: quod alii ex ἐπελασάμην per syncopen fieri putant. Etiam adfertur à grammaticis ex poëtâ antiquo, ἔληα, à λάω, *video*.

Augmentum utriusque aoristi idem est ac imperfecti.

ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα, *perficio, perficiebam, perfeci.*
τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, *verbero, abam, avi.*

[a] Ut apud Xenophontem de Rep. Lacedæmoniorum: Βούλομαι δὲ καὶ ἃς βασιλεῖ πρὸς τὴν πόλιν συνθήκας ὁ Λυκοῦργος ἐποίησε, διηγήσασθαι. Sententia est, *Volo deinceps exponere, sive, nunc exponam, quæ pacta auctore Lycurgo fuerint inter regem & civitatem.* Est propositio ejus, quod proximè exponet: ut διηγήσασθαι non possit habere significationem præteriti, sed præsentis aut futuri.

* Iliad. π. ℣ſ. 29.

Penul-

Penultima in aoristo primo est eadem, quæ in futuro, ac semper naturâ, aut positione, longa:

παίω, παίσω, ἔπαισα, percutio, percutiam, percussi.

κλαίω, κλαύσω, ἔκλαυσα, deploro, deplorabo, deploravi.

λέγω, λέξω, ἔλεξα, dico, dicam, dixi.

φλέγω, φλέξω, ἔφλεξα, incendo, incendam, incendi.

Quod si futuri penultima corripitur; ut in quinta fit Conjugatione: producendæ erunt vocales, hoc pacto. Si α penultima futuri, extra diphthongum sit in præsenti; migrabit in η: veniens autem ex αι, Atticè quidem vertetur in η, Communiter verò manebit; sed longum in aoristo, cùm breve sit in futuro.

α α η, ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα, digitis pulso, sive *fidibus cano, nam, ini.*

θάλλω, θαλῶ, ἔθηλα, pullulo, abo, avi.

αι α η, μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα, Atticè: *fœdo, abo, vi* [a].

αι α α, μιαίνω, μιανῶ, ἐμίανα, Communiter: *fœdo*, &c.

φαίνω, φανῶ, ἔφηνα, in lucem edo, am, idi.

φαίνω, φανῶ, ἔφανα, Communiter, *in lucem edo*, &c.

[a] Etiam *γαμέω, uxorem duco*, barytonorum more Atticè facit *ἔγημα*.

Si penultima sit ε, advocatur ι, ut fiat diphthongus ει.

ει ε ει, σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, semino, abo, avi.

ἐγείρω, ἐγερῶ, ἤγειρα, expergefacio, am, eci.

ε ε ει, στέλλω, στελῶ, ἔστειλα, *mitto, mittam, misi.*
ἀγγέλλω, ἀγγελῶ, ἤγγειλα, *nuntio, abo, avi.*

At ι, & υ, breves in futuro, producuntur in aoristo.

κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα, *judico, abo, avi.*
κλίνω, κλινῶ, ἔκλινα, *inclino, abo, avi.*
ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα, *instigo, abo, avi.*
μολύνω, μολυνῶ, ἐμόλυνα, *conspurco, abo, avi.*

Supra, cum de temporibus ageremus, monitum, nobis ἀόριστον τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον, sic dici, subintellecto vocabulo masculino Græco τοῦ χρόνου· quemadmodum præteritum, ac futurum, cum dicimus, subaudimus vocabulum neutrum Latinum *temporis:* Illud verò notandum omnino est, quòd, cùm aoristus pro perfecto sumitur, ut sumitur sæpe, quemadmodum etiam pro plusquamperfecto, ac imperfecto, designetur tempus jam recèns præteritum; contrà ac si præterito perfecto utamur, tum enim agimus de tempore non adeò nuper elapso. Sic Evangelista Matthæus * notat, Magos venisse ex Oriente, τοῦ Ἰησοῦ γεννηθέντος, non Ἰησοῦ γεγεννημένου, ut doceat, venisse eos, Jesu nuperè, non jam diu, nato. Atque hinc etiam confutavimus * eos, qui, quòd Magos ex Oriente tredecim dierum spatio id itineris non potuisse conficere existimarent, anno, vel biennio vulgarem Christi natalem anticipant. Vide etiam Casaubonum, exercit. 2 ad Annal. Ecclesiast. Baron. cap. 9.

* cap 2. vers. 1.

* Dissertatione nostrâ, *de natali annua Christi*, thes. 28.

Aoristus secundus.

S. ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε, *verberavi*, &c.
D. ἐτύπετον, ἐτυπέτην,
P. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Fit à præsenti [a] mutando ω in ον, & addendo

[a] Nisi malis esse ab imperfecto: ut, ἔτυπτον, ἔτυπον· ἔλλειβον, ἔλαβον. Vel quemadmodum à præsenti est futurum primum; inde aoristus primus: ita à præsenti erit futurum secundum; unde aoristus secundus, τύπτω, τύψω, ἔτυψα· τύπτω, τυπῶ, ἔτυπον.

do augmentum, ut in imperfecto. Sed in aoristo hoc penultima est brevis, ac ferme una ex ancipitibus, *α, ι, υ*. Proinde vocales præsentis ita mutantur.

η, ω, αι, αυ, ε } in α: { λήϐω, ἔλαϐον, *capio, cepi*: τρώγω, ἔτραγον, *comedo, comedi*: καίω, ἔκαον, *uro, ussi*: παύω, ἔπαον, *sedo, sedavi*: δέρω, ἔδαρον, *excorio, excoriavi*.

ει, ευ, ου } in { ι, λείπω, ἔλιπον, *linquo, liqui*: υ, φεύγω, ἔφυγον, *fugio, fugi*: ο, ἀκούω, ἤκοον, *audio, audivi*.

Sed ε non mutatur, nisi vel sequatur liquida; ut in quintâ semper fit: vel præcedat. ut, πλέκω, *plico*, ἔπλακον· κλέπτω, *furor*, ἔκλαπον, excluso τ epenthetico, ut in ἔτυπον. Sic τρέφω, *nutrio*, ἔτραφον· quod apud poëtas passivam habet significationem. Imò nec ε mutant quatuor ista, licet liquida præcedat: λέγω, *dico*; φλέγω, *ardeo*; βλέπω, *video*; ἐνέγκω, *fero*. [a] Τέμνω, *seco*, facit ἔταμον [b], & interdum ἔτεμον.

Dissyllaba verò quintæ conjugationis pro ει capiunt α· σπείρω, *semino*, ἔσπαρον· κείρω, *tondeo*, ἔκαρον. At trisyllaba perdunt ι· ὀφείλω, ὤφελον [c], *debeo, debui*: ἀγείρω, *congrego*, ἤγερον.

Dissyllaba, quæ incipiunt à vocali, aut diphthongo, necessariò [d] producunt penultimam [e].

[a] Sylburgius p. 331, istis addit τίκω, *pario*, ἔτικον. Sed parum cautè; quia sermo de iis, ubi præcedat vel sequatur liquida. Ea in τίκω est nulla.

[b] Nisi potius ἔταμον est ab Ionico & Dorico τάμνω· quod Homero frequens. Et sanè id verius.

H 2 ἄδω,

[c] Vel ὄφελον, poëticè. [d] Ex doctrinâ de augmento. [e] Corripitur tamen penultima in quibusdam per resolutionem: ut, ἥδω, *delecto*, ἦδον, ἔαδον: ἄγω, vel ἄγνυμι, *frango*, ἦγον, ἔαγον· aut per reduplicationem: ut ἄγω, *duco*, ἤγαγον· ἄρω, *apto*, ἤραρον, unde ἀραρὼν, Odyss. ε, vs. 252.

ἄδω, cano, ᾖδον· *εὑρέω, invenio*, εὗρον·
ἕλκω, traho, εἵλκον· *ἕλω, traho*, εἷλον·
ἔπω, dico, εἶπον· *ἔχω, habeo*, εἶχον·
ἥκω, venio, ἧκον· *ἄγω, ago*, ἦγον·
& Atticè ἤγαγον· quod usitatius:
εἴδω, video: εἶδον· nam ἴδον poëticum [a] est:
Est & ab ἐλεύθω, *venio*, ἦλθον· sed per syncopen ex ἤλυθον.

[a] Extra tamen indicativum est κοινόν.

Etiam eorum, quæ consonantem elidere non potuêre, penultima longa est positione. ut,

μάρπτω, prehendo, ἔμαρπτον· *ἐνέγκω, fero*, ἤνεγκον·
πέρθω, vasto, ἔπαρθον· *δέρκω, video*, ἔδαρκον·

Vide p. 103.

pro quibus, ut corripiatur penultima, metathesi poëtica dicitur, ἔπραθον, ἔδρακον.

Πλήσσω quoque, *percutio*, facit ἔπληγον, & in passivo ἐπλήγην, quod ad ictum corporis pertinet: at ἔπλαγον, vel ἐπλάγην, ad consternationem animi.

In sextæ conjugationis circumflexis, nihil ob penultimam mutabitur: *σχέω, habeo*, ἔσχον· *εὑρέω, invenio*, εὗρον· *βλαστέω, germino*, ἔβλαστον· *δουπέω, sono*, ἔδουπον· *ὀλισθέω*, ὤλισθον, *cado*.

Hæc item duo pro adspiratâ sumunt mediam:

σμύχω, uro, ἔσμυγον· *ψύχω, refrigero*, ἔψυγον.

Hæc verba in πτω desinentia, pro characteristica tenui in aoristo secundo sumunt adspiratam:

ἅπτω,

ἅπτω, *necto*, ἧφον· βάπτω, *tingo*, ἔβαφον·
θάπτω, *sepelio*, ἔταφον[a]· σκάπτω, *fodio*, ἔσκαφον·
ῥάπτω, *suo*, ἔῤῥαφον· ῥίπτω, *jacio*, ἔῤῥιφον·
δρύπτω, *unguibus lacero*, ἔδρυφον.

Hæc verò sumunt mediam;

κα λύπτω, *occulo*, ἐκάλυβον· κρύπτω, *occulo*, ἔκρυβον·

βλάπτω, *lædo*, ἔβλαβον, à poëtico, βλάβω.

[a] Pro ἔθαφον, aspirata abeunte in tenuem, ob sequentem aspiratam syllabam

Sed multa verba in πτω exeuntia, in activâ voce, aut nunquam, aut vix reperias, quæ in voce passiva sunt usitatá. Quomodo à κύπτω, *pronum me inclino*, est ἔκυπον, inusitatum; usitatius ἐκύπην. & ita ἐκλάπην, dicitur potius, quàm ἔκλαπον, *furatus sum*. Ac par ratio in ἀπηλλάγην, *evasi, liberatus, defunctus sum*; ἐβλάβην, *detrimentum accepi*; ἐσκάφην, *fossus sum*; ἐκρύφην, & ἐκρύβην, *occultatus sum*; ἐτάφην, *sepultus sum*; ἐῤῥίφην, *præcipitatus sum*; ἐσμύγην, *absumtus sum*; ἐδρύφην, *laceratus sum*; ἐῤῥάφην, *consutus sum*.

Multa verba destituuntur aoristo secundo, & temporibus inde formatis. Sic à λήγω, *desino*, nec ἔληγον, nec ἔλαγον dicitur: nec à κρούω, *pulso*, dicitur ἔκροον.

Huc refer polysyllaba in εύω[b], & ούω. nec enim à βασιλεύω, *rego*, ἐβασίλυον dicitur: aut ἐπαίδυον à παιδεύω, *instituo*: nec ὤροον, ab ὀρούω, *irruo*; pro quo utimur aoristo primo ὤρουσα. Ab ἀκούω, *audio*, ἤκοον poëticum est: pro quo oratores ἤκουσα dicunt.

[b] Adde αύω ut, ἰαύω, *cubo*, *diversor*, *transigo*.

Nec polysyllaba in ύω, & ίω, habere hoc

tempus, argumento est, quòd carent futuro secundo: ut, *ἰσχύω, valeo: ὀπύω, uxorem habeo.*

Destituuntur quoque eo multa verba quartæ conjugationis. nec enim, ut à φράζω, *loquor*, dicimus ἔφραδον, ita à πλάσσω, *fingo*, (etsi & ipsum sequatur tertiam) ἔπλαδον dicimus. Atque in primis hoc locum habet in polysyllabis. nec enim à βαδίζω, *gradior*, φροντίζω, *considero*, ἐρέσσω, *remigo*, στηρίζω, *stabilio*, φυλάσσω, *custodio*; dicere licet ἐβάδιδον, ἐφρόντιδον, ἤρεδον, ἐστήριγον, ἐφύλαγον· & ita in aliis, in quibus primum tantùm futurum [a] usurpatur.

Denique carent eo multa verba circumflexa, ac in μι desinentia: de quibus postea dicetur.

[a] Ut igitur in istis solùm prius futurum, ita & solùm prior aoristus est in usu.

Futurum primum.

S. τύψω, τύψεις, τύψει, *verberabo, abis, abit.*
D. τύψετον, τύψετον, *rabitis, abunt, duo.*
P. τύψομεν, τύψετε, τύψουσι, *bimus, tis, bunt.*

Fit à præsenti, mutando ultimam syllabam, in *primâ* conjugatione, in ψω· τύπτω, τύψω.

In *secundâ*, & verbis *quartæ* secundam sequentibus, in ξω· ut, λέγω, *dico*, λέξω· παίζω, *ludo*, παίξω.

In *tertiâ*, & verbis *quartæ* tertiam sequentibus, item in *sextâ*, in σω· ut ᾄδω, *satio*, ᾄσω· φράζω, *loquor*, φράσω· γελάω, *rideo*, γελάσω.

Sed in *quintâ*, ultima futuri circumflectitur, penultima verò corripitur, abjiciendo alteram immutabilem; ψάλλω, *cano fidibus*, ψαλῶ· aut voca-

vocalem subjunctivam; σπείρω, *semino, sero*, σπερῶ· φαίνω, *ostendo*, φανῶ· aut corripiendo ancipitem; κρίνω, κρινῶ, *judico, accuso*.

Sola autem hæc conjugatio non habet figurativam σ, nec actu, nec potestate. Æolicè tamen & ipsa, nisi characteristica fuerit μ, recipit σ ante ω. Ut, σπείρω, *semino*, σπερῶ, σπέρσω· ὄρω, *excito, concito*, ὀρῶ, ὄρσω.

Futura quatuor sunt, quæ spiritum præsentis non servant [a]:

τρέφω, *nutrio*, θρέψω·

τρέχω, *curro*, θρέξω·

ἔχω, *habeo*, ἕξω, ad differentiam adverbii ἔξω, *extra*.

τύφω, θύψω, *fumum excito, accendo*: ut differat à τύψω, *verberabo*.

Quartæ Conjugationis polysyllabum futurum in ίσω, circumflectunt Attici, tollendo σ· νομίζω, νομίσω, νομιῶ, *puto*: & Medium βαδίζομαι, βαδίσομαι, βαδιοῦμαι, *vado*: ἀγωνίζομαι, ἀγωνίσομαι, ἀγωνιοῦμαι, *certo*.

Idem faciunt in futuris in έσω [b]. ut, προσαμφιῶ, pro προσαμφιέσω, à προσαμφιέζω, *insuper induo*. Item futuris in άσω, à verbis polysyllabis in άζω, vel άω· ut, ἐξελῶ, Aristoph.* pro ἐξελάσω, ab ἐξελάω, vel ἐξελαύνω, *expello*: διαβιβῶ, Plato, pro διαβιβάσω, à διαβιβάζω, *transmitto*: πελῶ, pro πελάσω, à πελάω, *emo*.

Barytona quædam habent futurum à circumflexis inusitatis; ut, θέλω, *volo*: ὀφείλω [c], *debeo*:

a Causa hæc est: In præsenti sequitur syllaba adspirata, eoque duriùs præcederet syllaba adspirata altera. Contrà fit in futuro.

b A futuris in έσω est ῶ, εῖς, εῖ ut ἀμφιῶ, ἀμφιεῖς, ἀμφιεῖ, &c. Sic ἀπαμφιεῖ, apud Hesych. pro ἀπαμφιέσει, ab ἀπαμφιέω, *vestibus exuo*. At à futuris άσω est flexio ῶ, ᾶς, ᾶ· ut, ἐλῶ, *pello*, ἐλᾶς, ἐλᾶ, &c.

* in comœdia Νεφέλαις, act. 1, sc. 1: & act. 2, sc. 1.

c Sic & per syncopen factum ὄφλω, ὀφλήσω.

beo: μέλει, *curæ est*: μέλλω, *futurus sum*: αὔξω, *augeo*: ἕψω, *coquo*: ἀλέξω, *arceo*, *auxilior*: οἰκτείρω, *miseror*: ἔῤῥω, *perditum eo*: in ήσω· θελήσω, ὀφειλήσω· ab obsoletis, θελέω, θελῶ, &c. Sic etiam βέλομαι, *volo*, βελήσομαι, tanquam à βελέομαι, βελῦμαι. Atticorum enim est, è circumflexis facere Barytona.

Quædam utrumque habent futurum: ut, βάλλω, *jacio*, βαλῶ, & βαλλήσω. Sic χαίρω, *gaudeo*, χαρῶ, & χαιρήσω.

Imò quædam ex regulari futuro formant alterum, tanquam è præsenti contracto. Ut, χαίρω, *gaudeo*, χαρῶ, χαρήσω. Sic εἴρω, *dico*, ἐρῶ, ἐρήσω.

Dissyllaba hæc in έω, Æolicè assumunt υ in futuro: πλέω, *navigo*; ῥέω, *fluo*; χέω, *fundo*; πνέω, *spiro*: futura, πλεύσω, ῥεύσω, &c. Sic θέω, *curro*, θεύσομαι[a]. Νέω pro *nato*, facit νεύσω, & νήσω[b]. at pro *neo*, tantum habet νήσω. Δέω, *opus habeo*, *indigeo*, facit δεήσω.

Itidem Æolicè, κλαίω, *fleo*, facit κλαύσω· κάω item, vel καίω, *uro*, καύσω· quibus tamen oratores quoque utuntur.

Quædam verba[c] sextæ conjugationis abjiciunt σ[d] apud poëtas. Uti à χέω, *fundo*, χεύω, pro χεύσω· à κέω, *cubo*, κείω· unde κατακείετε, *cubitum ibitis*: à δέω, quo Alcæus usus pro *invenio*, δήω, *inveniam*. Sic κλείω, *laudabo*: ἐξανύω, *perficiam*. ἐρύεσι[e] pro ἐρύσεσι, *distrahent*. Quibus omnibus usus Homerus.

[a] Pro quo θεύσομαι, apud Thucyd.
[b] Juxta Eustath.
[c] Vide Ang. Caninium.
[d] Prout in aor. 1. fieri, supra, pag. 112, diximus.
[e] Iliad. ο, vers. 351.

Cætera de futuris verborum in έω, άω, ίω, persequemur in verbis circumflexis.

Futu-

Futurum secundum.

S. τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ,
D. τυπεῖτον, τυπεῖτον,
P. τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Fit à secundo Aoristo [a], ablato incremento, & ον vertendo in ῶ circumflexum: ἔτυπον, τυπῶ. Quæ igitur aoristo secundo carent, ea quoque destituuntur futuro secundo: ut, ἰαύω, *diversor*: ἱππάζω, *equito*, & alia, de quibus in aoristo secundo [b] dictum est.

In multis etiam, quæ in aoristo secundo sæpius inveniuntur, futurum secundum rarò usurpatur: sed utimur tum futuro primo: quemadmodum & in nonnullis futurum secundum usitatius est primo.

[a] Nisi aoristum secundum hinc formare malis: de quo superiùs dictum, pag. 114.
[b] p. 117.

TEMPORA extra indicativum formantur ab indicativi temporibus homonymis, sive idem nomen habentibus, mutando terminationem indicativi in terminationem alterius modi, vel participii; e. g. à præsenti τύπτω veniunt hæc præsentia, τύπτε, τύπτοιμι, τύπτω, ῃς, &c. τύπτειν, τύπτων, idque mutatâ terminatione ω in ε, οιμι, ω, ῃς, &c. ειν, & ων, ουσα, &c. Item à præterito τέτυφα, fiunt præterita hæc, τέτυφε, τετύφοιμι, &c. Atque ita in aliis temporibus.

IMPERATIVI [a]

Præsens, & Imperfectum.

S. τύπτε [b], τυπτέτω, *verbera, verberet.*
D. τύπτετον, τυπτέτων, *verberate, berent, duo.*
P. τύπτετε, τυπτέτωσαν, *verberate, erent.*

Perfectum, & Plusquamperfectum.

S. τέτυφε, τετυφέτω, *verberaveris, verit.*
D. τετύφετον, τετυφέτων, *eritis, erint, duo.*
P. τετύφετε, τετυφέτωσαν, *raveritis, erint.*

Quasi dicas, *fac verberaveris*, sive, *hoc age, ut postmodò verberasse dicaris.* Ergo, licet hic forma sit præteriti, tamen futuri magis significatio est.

Aoristus primus.

S. τύψον, τυψάτω, *verberato tu, berato ille.*
D. τύψατον, τυψάτων, *verberatote, anto, duo.*
P. τύψατε, τυψάτωσαν, *verberatote, anto.*
Ἆξον ἀξάτω, ab ἄγνυμι, *frango.*
Ἆξον ἀξάτω, ab ἄγω, *duco.*

Aoristus secundus.

S. τύπε, τυπέτω,
D. τύπετον, τυπέτων,
P. τύπετε, τυπέτωσαν.

Imperativi tertiam pluralẽ Attici faciunt similem genitivo plurali participiorum ejusdem tem-

[a] Vulgarem Modorum ordinem retinuimus. Rectiùs tamen Apollon. hoc ordine Modos constituit: Indicativus, Subjunctivus, Optativus, Imperativus, Infinitivus. Sanè Subjunctivus multò majorem habet affinitatem cum Indicativo, quàm Modi ceteri: ut liquet ex iis quæ idem Apollonius disseruit, lib. III. περὶ συντ. cap. XXIX.

[b] Pro secundâ singulari aut plurali, utimur etiam prima plurali Subjunctivi. Ut, cum τύπτωμεν dicimus κατὰ σύλληψιν pro τύπτε vel τύπτετε. Caussa est, quia præstantioris est alicui imperare. Quare ne quis videatur imperare, ut, si dicat, *verbera, cede*; se ipsum quoque comprehendit, & dicit, *verberemus, cedamus.* vide Apollonium, lib. III, cap. XXV.

temporis: τυπτόντων, τυψάντων, τυπόντων, pro τυπτέτωσαν, τυψάτωσαν, τυπέτωσαν.

Secundus aoriſtus ultimam gravat, τύπε. Sed acuuntur ἐλθὲ, veni: εὑρὲ, inveni: εἰπὲ, (retento etiam augmento) dic. Sic Atticè λαβὲ, cape: & ἰδὲ, vide: cum Communiter dicatur λάβε, ἴδε.

Εἰπὸν pro εἰπὲ, more Syracuſano, quo ον ponitur pro ε. At εἶπον, εἰπάτω, ut τύψον, τυψάτω.

OPTATIVI[a]

Præſens, & Imperfectum.

S. τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι, verberarem, es, et.
D. τύπτοιτον, τυπτοίτην, raretis, rent, duo.
P. τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν, mus, tis, ent.

Præteritum Perfectum, & Pluſquamperf.[b]

S. τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, ſſem, ſes, ſet.
D. τετύφοιτον, τετυφοίτην, ſſetis, ſent, duo.
P. τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν, mus, &c.

Aoriſtus primus.

S. τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, beraverim, ris, rit.
D. τύψαιτον, τυψαίτην, raveritis, rint, duo.
P. τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν, mus, tis, rint.

Aoriſtus ſecundus.

S. τύποιμι, τύποις, τύποι,
D. τύποιτον, τυποίτην,
P. τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

Futurum primum.

S. τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, verberem, res, ret.
D. τύψοιτον, τυψοίτην, retis, rent, duo.
P. τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν, remus, retis, rent.

a Optativus modus, ἡ εὐκτικὴ ἔγκλισις. Itaque gaudet Adverbiis αἴθε & εἴθε, ut ἄγε convenit Imperativis. Sed εἴθε non diſcernit perſonam: eóque ὤφελον aſſumitur, ad indicandam perſonam cui aliquid optatur. Vide Apollon. lib. III, cap. 22, & 23.

b Etiam per præteritum optari docet Apollon. lib. III, cap. 24.

Futurum secundum.

S. τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ,
D. τυποῖτον, τυποίτην,
P. τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Ut Latini Optativis præponunt *utinam*; sic Græci suum εἴθε· ut, εἴθε τύπτοιμι, *utinam verberarem.*

Omnium Optativorum penultima est diphthongus: in activis, primi aoristi αι, in cæteris οι. Neutra autem diphthongus in fine habetur brevis: ut, εὑρίσκοι, *inveniret*: αὐξάνοι, *augeret*: φιλήσαι, *amavisset*: χρυσώσαι, *inauravisset.*

Secundum futurum circumflectitur: alioqui vox eadem ac secundi aoristi.

Usitatissimus est & apud Atticos Optativi primus Aoristus Æolicus:

S. τύψεια, τύψειας, τύψειε,
D. τυψείατον, τυψειάτην,
P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν, *verberaverim*, &c.

Optativo Æolico non utuntur Attici, nisi in secunda & tertia singulari, τύψειας, τύψειε, & tertia plurali, τύψειαν.

Subjunctivi

Præsens, & Imperfectum.

S. τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ, *verberem, vel verberarem, res*, &c.
D. τύπτητον, τύπτητον,
P. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.

Easdem

Easdem habet terminationes, quas præsens indicativi: sed vocales breves mutantur in longas[a]. Ac cætera quoque tempora similiter inflectuntur.

[a] ι subscribitur, υ verò abjicitur.

Præteritum Perfectum, & Plusquamperf.

S. τετύφω, τετύφης, τετύφῃ, *verberaverim, vel verberavissem.*
D. τετύφητον, τετύφητον,
P. τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Aoristus primus, vel Futurum perfectum primum.

S. τύψω, τύψῃς, τύψῃ, *verberavero, ris, rit,* &c.
D. τύψητον, τύψητον,
P. τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

Aoristus secundus, vel Fut. perf. sec.

S. τύπω, τύπῃς, τύπῃ,
D. τύπητον, τύπητον,
P. τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

Inflexioni Subjunctivorum adhibent multi Conjunctionem ἐὰν· ut, ἐὰν τύπτω, *si verberem.*

Subjunctivi secunda & tertia persona, tam Barytonorum, quam Circumflexorum, & Verborum in μι, continet diphthongum impropriam: ἐὰν τύπτῃς, τύπτῃ· ποιῇς, ποιῇ· τιθῇς, τιθῇ. Sed in duali, & plurali, est vocalis tantum η· τύπτητε, ποιῆτε, τιθῆτε.

Futurum subjunctivi sæpe circumloquuntur Græci per præteritum participii, & verbum substantivum.

S. ἐὰν

S. ἐὰν τετυφὼς, ὦ, ῇς, ῇ.
D. τετυφότε, ἦτον, ἦτον.
P. τετυφότες, ὦμεν, ἦτε, ὦσι.
Hoc est, *verberavero, is, it*, &c.

Utuntur & verbo substantivo temporis futuri: γεγραφὼς ἔσομαι, *scripsero*.

At plusquamperfectum subjunctivi circumloquuntur per εἴην, εἴης, εἴη, &c. Ut, εἴην γεγραφὼς, *scripsissem*; εἴης γεγραφὼς, *scripsisses*, &c.

INFINITIVI

Præsens, & Imperfectum, τύπτειν, *verberare*.
Perfectum, & Plusquamperfectum, τετυφέναι, *verberavisse*.
Aoristus primus, τύψαι, *verberavisse*.
Aoristus secundus, τυπεῖν.
Futurum primum, τύψειν, *verberaturum esse*.
Futurum secundum, τυπεῖν.

Secundi aoristi, & futuri secundi, vox eadem est.

In quinta conjugatione sæpe idem est futurum primum ac secundum: inprimis si vocalis anceps præcesserit: ut, φανεῖν, κρινεῖν, πλυνεῖν· à φαίνω, *ostendo*; κρίνω, *judico*; πλύνω, *lavo*.

Infinitivis autem gerundiorum quoque & supinorum loco utimur: qua de re in Syntaxi dicetur.

PARTICIPII

Præsens, & Imperfectum.

ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος,
ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης,
τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

Perfectum, & Plusquamperfectum.

ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος,
ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας,
τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.

Aoristus primus.

ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος,
ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης,
τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.

Aoristus secundus.

ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος,
ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης,
τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.

Futurum primum.

ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος,
ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης,
τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.

Futurum secundum.

ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος,
ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης,
τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Omne tempus apud Græcos suum habet participium: non item apud Latinos: unde est, quod Latini nonnulla haut aliter, quàm periphrasi, possint exprimere.

Præsens quidem, & imperfectum, τύπτων, utroque modo transfertur, *verberans*, vel etiam *qui verbero*, aut *verberabam*: *qui verberas*, aut *verberabas*: *qui verberat*, aut *verberabat*: ac par ratio est utriusque futuri, τύψων, τυπῶν, *verberaturus*, vel *qui verberabo*, *bis*, *bit*.

At in præterito, & aoristo utroque, omnino circumlocutione opus est. Ut, ὁ τετυφὼς, ὁ τύψας, ὁ τυπὼν, *qui verberavi*, vel, *qui verberasti*, vel, *qui verberavit*[a].

[a] Sic cum τετυφὼς plusquamperfecti habet significationem: *qui verberaveram*, *qui verberaveras*, *qui verberaverat*.

Nonnunquam præteritum activum redditur per participium passivum. Ut, τύψας λίθον, *percusso lapide*, vel *cum percussissem*.

Ad verbum tamen quædam reddere possumus per deponentia Latinorum. Ut, λελαληκὼς, vel λαλήσας, *locutus*: ὁ κεκλοφὼς, vel κλέψας, *furatus*.

Interdum etiam præterita, & aoristos, per præsens transferre licet. Sed quando id fieri possit, ex sententia loci cognoscitur.

Aoristus secundus acuitur: τυπὼν, τυπόντος.

Secundum futurum circumflectitur: τυπῶν, τυποῦντος.

Participia Masculina & Neutra pertinent ad quintam Nominum declinationem: Fœminina verò ad secundam.

VERBI PASSIVI,

INDICATIVI

Præsens.

S. τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται, *verberor*,
D. τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον,
P. τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Præsens hoc formatur à præsenti activo, mutando ω in ομαι· τύπτω, τύπτομαι.

Interdum in hoc tempore committitur syncope. Ut, οἶμαι, pro οἴομαι, *puto*. Sic pro λούομαι λοῦμαι, *lavor*: unde λοῦται, *lavatur*; λοῦσθε, *lavamini*; λοῦνται, *lavantur*.

Passivi secunda persona Præsentis, & Futuri, in ῃ· τύπτῃ, τυφθήσῃ, τυπήσῃ, τύψῃ. Perfecti autem in σαι, πεποίησαι· ut & Præsentium à Verbis in μι· τίθεμαι, τίθεσαι· quem morem & in Barytonis quibusdam cernimus: φάγομαι, *edam*: φάγεσαι, pro φάγῃ· & in circumflexis, καυχάομαι, καυχῶμαι, *glorior*: καυχάεσαι, καυχᾶσαι, pro καυχάῃ, καυχᾷ. Et contra quædam à Verbis in μι desinunt in ῃ, more Barytonorum: κάθημαι, *sedeo*, κάθῃ· ἐπίσταμαι, *scio*, ἐπίσῃ· δύναμαι, *possum*, δύνῃ· pro κάθησαι, ἐπίστασαι, δύνασαι. Sic perfectum μέμνημαι, μέμνῃ, pro μέμνησαι, *memini*.

Quatuor [a] finiunt Attici in ει· βούλομαι, βούλει, *volo*: οἴομαι, οἴει, *puto*: ὄψομαι, ὄψει, *videbo*: ἔσομαι, ἔσει, & facta Crasi, εἶ, *sum*, *es*.

[a] Veteres Attici in omnibus hujus temporis verbis mutabant ῃ in ει· sed recentiores retinuere tantum in quatuor istis hîc commemoratis.

Prima pluralis non desinit in μεν, & ideo integer habetur Dualis: in quo secunda & tertia

 simi-

similes, quod tertia pluralis exeat in αι, ut supra dictum est. *

* p. 82.

Imperfectum.

S. ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο, *abar,*
D. ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην,
P. ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

Fit ab imperfecto activo, mutando ον in όμην [a]. ἔτυπτον, ἐτυπτόμην.

[a] Vel à præsenti passivo, mutando ομαι in όμην, & addendo augmentum: τύπτομαι, ἐτυπτόμην.

Ut in præsenti, ita & hîc, interdum syncope occurrit. Quomodo usitatè dicitur ᾤμην, pro ᾠόμην, ab οἶμαι, pro οἴομαι, *puto.*

Perfectum.

S. τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, *atus sum,*
D. τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον,
P. τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

PERFECTUM hoc fit à præterito activo, mutando extremam syllabam in μαι· ut mox distinctiùs explicabitur.

Secunda persona exit in σαι, actu scilicet, aut potestate. Actu, ut κέκρισαι, *judicatus es.* Potestate, ut τέτυψαι, λέλεξαι. nam ψ, & ξ, continent etiam σ.

Excipe μέμνημαι, *memini*; quod μέμνῃ, & interdum μέμνησαι facit.

Tertia semper in ται desinit.

Secunda, & tertia Dualis, ac secunda Pluralis, fiunt à tertia Singulari, mutatis tenuibus ante αι in proprias adspiratas, idque in omni Conjugatione: τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε.

Secun-

Secunda, & tertia Dualis, ac secunda Pluralis, interserunt σ, quoties tertia singularis desinit in ται purum. Ut, νέμω, pasco, νενέμηται, νενέμησθον, νενέμησθε· τοξεύω, jaculor, τετόξευται, τετόξευσθον, τετόξευσθε.

Tertiam Pluralem circumloquimur per Participium Præteriti temporis, & verbum Substantivum, quoties tertia Singularis non desinit in ται purum: τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί. At tertiâ singulari finitâ in ται purum, citra circumlocutionem fit tertia pluralis, interponendo ν ante ται· ut νενέμηται, νενέμηνται.

In primâ conjugatione mutatur φα perfecti activi in μμαι, ψαι, πται· ut, τέτυφα, τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται.

In secundâ conjugatione, & verbis quartæ, sequentibus secundam, mutatur χα activi in γμαι, ξαι, κται· ut, λέλεχα, λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, dictus sum: ὤρυχα, ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, fossus sum.

Secunda conjug. { λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται,
λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον,
λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Quarta conjug. { ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται,
ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον,
ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.

Dissyllaba primæ & secundæ Conjugationis, quæ Attico Præterito mutant ε in ο, hic repetunt ε· λέγω, dico, λέλοχα, λέλεγμαι· κλέπτω, furor, κέκλοφα, κέκλεμμαι· invenitur & κέκλαμμαι, furto ablatus sum.

Quæ habent ρε cum aliqua consonante, vertunt ε in α· ϛρέφω, ἔϛρεφα, ἔϛραμμαι, *verto*: sed βρέχω, βέβρεχα, βέβρεγμαι, *irrigo*.

